BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

M. TULLII CICERONIS

DE VIRTUTIBUS L. FRAGM.

EDIDIT

H. KNOELLINGER

(SUPPLEM. CICERON.)

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

1219

DIE HELLENISCHE KULTUR

SUPPLEMENTUM CICERONIANUM

M. TULLII CICERONIS
DE VIRTUTIBUS LIBRI FRAGMENTA

COLLEGIT

HERMANNUS KNOELLINGER

PRAEMISSA SUNT
EXCERPTA EX ANTONII DE LA SALE OPERIBUS
ET COMMENTATIONES

MCMVIII
LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Printed in Germany

PRAEFATIO

Cum scriptorum Graecorum reliquiae inde ab aliquot annis perpetuo integris saepe libris repertis augeantur, nova monumenta litterarum Romanarum in lucem emissum iri vix iam sperabamus. Quo magis gaudere nobis liceat, quod complura quamquam mutata atque haud ita magna fragmenta operis Ciceroniani non iam noti praeter exspectationem nobis obtigerunt. Quae quoniam bibliopola honestissimus hunc libellum inter bibliothecae Teubnerianae volumina recepit, Ciceronis de virtutibus libri fragmenta collecturi sumus ita, ut, etsi Ciceronis verba legere non possimus, res tamen habeamus.

Sed priusquam ad ea quae nobis tractanda proposuimus accedamus, gratias nos agere oportet iis viris doctis, qui de hoc opusculo optime meriti sunt. Atque maximas persolvo gratias Ricardo Wuensch qui me, ut hunc laborem susciperem, monuit semperque in libello conscribendo qua est liberalitate et doctrina iuvit. Omnibus autem in rebus, quae ad linguam et litteras Francogallicas spectant, maxime in reddendo latine illo Antonii qui nominatur de la Sale contextu Didericus Behrens adiutorem meum se praestitit benignissimum. Unam denique rem neque parvi momenti Fridericus Muenzer per litteras comiter me docuit; quod suo loco adnotavi. Quibus omnibus viris semper me deditum fore promitto.

Nunc pauca de textu quem infra emittam dicenda sunt. Antonius de la Sale scriptor Francogallicus qui floruit quinto decimo saeculo et multos scriptores Romanos novit, compluries in opere suo, quod inscriptum est La

Salade ex libro Tulli qui sit de virtutibus se sententias promere perhibet. Is et in initio illius operis *je treuve* inquit *en ung des livres de Tulles que il nomma De virtutibus, que ilz sont VIII choses souveraines* eqs., et aliis locis eiusdem libri *Tulles dist* vel similia inserit. Ille igitur scriptor forsitan Ciceronis de virtutibus librum habuerit.

Libri autem qui *La Salade* inscribitur typis denuo nondum expressi eas partes in quibus *Tulles* auctor laudatur, Werner Soederhjelmus edidit in ephemeride quae vocatur *Oefversigt af Finska Vetenskaps-Societetens Foerhandlingar* XLVI 1903—1904, No. 18, qui idem de Antonio scriptore fusius egit et hic et in dissertatione quae inscribitur *Notes sur Antoine de la Sale et ses oeuvres* quaeque est pars prima Actorum Societatis scientiarum Fennicae tom. XXXIII (*Helsingfors* 1904). Iam is vir doctus quaesivit, ille liber, quo se usum esse Antonius contenderet, fuissetne re vera Marci Tulli Ciceronis de virtutibus commentarius. De Soederhjelmi vero tractatu iudicium fecerunt viri docti F. Gustafsson brevi expositione quam inscripsit *Ciceronis de virtutibus liber?* in ephemeride quam vocant *Berliner philologische Wochenschrift* 1904 p. 1277 sq., cui observatiuncula quaedam a me est addita ibd. 1905 p. 942, et Ricardus Wuensch in annalibus qui nominantur *Zeitschrift fuer franzoesische Sprache und Litteratur* XXVIII 1905 p. 44 sq.

Et sane is Antonii libellus dignus est, qui accuratius tractetur. Quam tractationem cum suscipiendam mihi proposuissem, ita institui: primum, quia profecto perpauci sunt, quibus Soederhjelmi commentatio praesto sit, Antonii verborum contextum quem ille vir doctissimus l. l. exhibuit denuo exscripsi; deinde cum lingua Francogallica istius temporis iis, qui scriptores Romanos tractare solent, non facilis sit intellectu, omnia ad verbum latine exprimere conatus sum, ut quicumque litteris Romanorum studeat omnia habeat quae scire eum necesse *sit; tum uberius* de tota hac quaestione, exstiteritne

Ciceronis de virtutibus liber Antonii temporibus, disseram; denique huius libri fragmenta colligam, quoad ex Antonii verbis restitui possunt.

Sed antea monenda sunt haec. Antonius librum suum quem *La Salade* inscriptum esse supra diximus Ioanni Calabriae Duci, Renati Siciliae regis filio dedicavit. Hic Ioannes igitur is est, quem compluries in opere suo auctor *Mon tres redoubté seigneur* appellat. Et laudatur *Tulles* praeter locos infra expressos in Antonii opere nusquam (teste Soederhjelmo *Oefversigt* p. 2 sq.). Tradita autem sunt Antonii verba duobus libris, codice manuscripto Bruxellensi 18, 210 quem siglo A notavimus et libro typis expresso vetere cui in apparatu quem vocant critico est siglum B additum. Quorum librorum alter ex altero pendere non videtur; qua de re conferenda sunt quae Soederhjelmus *Oefversigt* p. 2 et p. 13 sq. exposuit. Et quae hic vir doctus correxit aut coniecit littera S signavi. Noster autem textus quamquam in universum ex codice ms. (A) pendet, tamen aliquot locis dubium non est quin liber typis expressus (B) maiorem habeat auctoritatem. Praeterea ut mendas orthographicas omisi, ita eas lectionis varietates addere satis habui, quae alicuius sunt momenti, cum reliquas apud Soederhjelmum invenias. Neque ea neglexi additamenta quae Soederhjelmus in libro iam supra laudato qui inscribitur *Notes sur Antoine de la Sale* p. 62 adn. 3 supplevit. Ceterum neque codicem neque editionem ipse inspexi, sed Soederhjelmi libello usus textum constitui.

Continentur hoc libello

Praefatio . . . . pag. III
Notarum conspectus 1
I. Loci qui ad Ciceronem pertinere videntur ex Antonii de la Sale operibus excerpti
A) Ex libro qui inscribitur *La Salade* 2
B) Ex libro qui inscribitur *La Salle* 38
II. Commentationes
1. Quae adhuc de Ciceronis de virtutibus libro nota fuerint colliguntur 40
2. Antonii additamenta a sententiis Tullianis secernuntur 41
3. De veterum nominibus et legibus apud Antonium laudatis 45
4. Vestigia doctrinae Stoicorum inveniri ostenditur 54
5. Antonium Cicerone auctore usum esse demonstratur 58
A. Consentiunt Antonii dicta cum sententiis Tullianis 58
B. Ciceronem Antonio auctorem fuisse colligitur 64
C. Quae contra dici possunt refelluntur 66
6. De fragmentis colligendis 71
III. M. Tullii Ciceronis de virtutibus libri fragmenta. . 77
Conclusio 92
Index nominum et rerum memorabilium 95

Notarum conspectus

A cod. Bruxellensis 18,210 s. XV
B editio libri *La Salade* anno 1521 emissa
S Soederhjelmi adnotationes, cf. praef. p. V

I. Loci qui ad Ciceronem spectare videntur ex Antonii de la Sale operibus excerpti.

A. Ex libro qui inscribitur *La Salade.*

fol. 6^v Et premierement, mon tres redoubté seigneur, je treuve en ung des livres de Tulles[1] que il nomma *De virtutibus,* que ilz sont VIII choses souveraines que font les princes, seigneurs et dames[2] qui ont seignouries a gouverner, vivre en ce monde tres glorieusement. Lesquelles VIII choses ie les comprens a VIII grains de tres glo- fol. 7^r rieuse semence, lesquels partent du cuer loyal et sain de bon et diligent prince, et se maintient le seigneur en sa seignourie et le fait par amours estre cremu, amé et honnoré, non seullement de ses hommes, mais de toutes gens. Il n'est mie au seigneur peu de chose que l'amour de ses subgez, rapportant a memoire le proverbe du saige qui dist: *Bien doit estre sire clamez qui de ses hommes est amez. Et cilz n'est pas sire de son pais, qui de ses hommes est hays.* Ains est chose clere que le seigneur hay ne puelt auoir longue seignourie.

Doncques est vray que du bon cuer partent les bonnes voullentez, et des bonnes voullentez viennent les bonnes eures, par lesquelles les subgez ayment entierement leur seigneur, qui est et doit estre leur[3] souverain tresor. Et quant il advient que le seigneur ou dame employe son temps en deshonnestes choses et vicieuses, comme sievir

---

In margine adscripsi numeros foliorum A codicis.

1) Tulles *B* Tullez *A et sic semper* 2) les princes et seigneurs pareillement aussi beaucoup de princes et dames *B*
3) leur B son A

Et primum, mi domine reverendissime, invenio in uno ex Tulli libris quem nominavit *De virtutibus*, octo res esse summas quae efficiunt, ut principes et domini et dominae, qui gubernant civitates, in hoc mundo cum magna gloria vivant. Quas octo res intellego sub octo granis seminis gloriosissimi, quae proficiscuntur ex corde legibus fido et sano boni ac diligentis principis, et valet dominus in civitate sua et se facit amore cultum amatum honoratum, non solum a suis civibus, sed ab omnibus hominibus. Neque paulum interest principis ab imperio subiectis amari, si reminiscimur proverbium sapientis qui dicit: 'Vere existimatur is princeps qui a civibus suis amatur. Neque is dominus civitatis suae est, qui civibus suis odio est.' Immo apparet principem odiosum non diu regnum obtinere posse.

Itaque verum est ex bono corde oriri bonas voluntates et ex bonis voluntatibus oriri opera secunda, propter quae cives admodum amant principem suum, qui eis est et debet esse suus praecipuus thesaurus. Et si accidit, ut princeps dominave tempus consumat in rebus inhonestis ac vitiosis, velut in sequendo comi-

vaynes compaignies et excessives despences, que font sou- fol. 7v vent les paresceulx seigneurs et ceulx qui se escouttent loer, soient seigneurs ou dames, ce les font toussiours tomber en necessitez, quant se laissent conduire[1] comme enffans; dont puis leur convient, pour leur estat maintenir, souffrir maints torts et maintes tirannyes, et par ce perdre la grace de dieu, qui les a en ce monde establis pour gouverner son peuple en vraye justice, dont n'est pas merveilles se il leur a donné, donne ou donnera moult a souffrir. Et se telle seignourie dure ancunement, c'est assavoir par adventureuse force, certainement elle ne peult pas longuement durer, car nulle duree ne puelt avoir oultrageuse seignourie.

fol. 8r Et se aucun seigneur ou dame demandoit quelles sont les euvres par lesquelles ilz puissent sactisfaire aux voulloirs de leurs subgez, adfin de perpetuellement povoir demourer en l'amour de eulz, ad ce, mon tres redoubté seigneur, Tulles respond que droicte et veritable chose est a avoir[2] bon gouvernement et le cuer vray et veritable, amer les vertus et les hommes vertueulz, fouir les vices et les flateurs, dont les seigneurs sont au jour d'uy ainssy que aveuglez, parquoy en perdent l'amour de dieu, honneur et la cognoissance de eulz meismes, dont ne scevent pluisieurs de eulz quelles choses laissier ne quelles prendre. Et cuident estre loez de ce dont ils sont blasmez, et blasmez de ce dont ils sont loez, et tout ce n'est que par faulte que on ne leur dit verité. Et pour ce dist *Seneque* en son livre VIe[3] des *Benefices* et au XXIe fol. 8v chappiltre de ceulz qui sont eslevez es haulx estas, que ils ne ont de riens plus besoing fors que on leur die verité. Et puis enssieut sa sentence sur les debatz et grans contens qui sont es cours aux grans seigneurs, lequel leur porra mieulz complaire et plus soubtillement flater.

---

1) flater et conduire *B* 2) est a chascun avoir *B*
3) en son huytiesme liure A

tatus vanos et sumptus modum excedentes, quod saepe faciunt domini segnes et ii, qui se laudatoribus praebent, sive principes sive dominae, in necessitatem illi incidunt, cum se regi patiantur ut infantes; quare tum oportet eos, ut statum suum obtineant, pati multas iniurias et multas superbias, atque ita perdere gratiam dei, qui eos in hoc mundo constituit, ut gubernarent populum suum vera cum iustitia; itaque mirandum non est, si ille eis mala multa patienda dedit dat vel daturus est. Et si talis dominatio aliquo modo durat, scilicet per casum et per vim, ea certe diu manere non potest, cum durare non possit dominatio turpis.

Et si quaerat princeps quis dominave, quaenam opera sint, quibus satisfacere possint voluntatibus civium, ut perpetuo in eorum amore permaneant, huic, mi domine reverendissime, Tullus respondet rectum et iustum opus esse habere bonam dominationem et cor verum ac sincerum, diligere virtutes et homines virtute praeditos, fugere vitia et adulatores, a quibus principes nostro aevo tamquam obcaecantur, quare perdunt amorem dei, honorem, cognitionem ipsorum, ut complures eorum nesciant quae sibi fugienda et quae capienda sint. Et opinantur se esse laudatos propter quae vituperantur ac vituperatos propter quae laudantur, nulla alia causa nisi quod nemo eis verum dicit. Quapropter dicit Seneca in libro suo VI de beneficiis et in capite XXI de eis, qui in summos humanarum rerum status sublati sunt, eorum nihil magis interesse quam verum ipsis dici. Et tum sequitur eius sententia de concertationibus et contentionibus quae in aulis principum sunt, quis melius eis possit placere et subtilius adulari.

Et de ce est escript en *Pollitiçques*, ou tiers livre et ou X^e[1] chapiltre, que le flateur est anemy de toute verité, et que il fiche ainssy que ung clou en l'ueil droit de son maistre quant il l'escoute. Et pour ce chascun le doit bien fuir et eschiever, et souverainement les princes et aultres seigneurs et dames qui seignouries ont a gouverner. Mais pour revenir a mon propos, parlant des tres [fol. 9r] glorieux grains de semence, dont le premier livre[2] fait mention, c'est assavoir que vous devez fermement ouvrir les portes de enttendement pour a toute heure maintenir vraye justice[3] comme la royne de toutes les vertus, c'est assavoir avecques actemprance de misericorde. Car le prince qui a justice en soy et n'a misericorde se puelt dire umbre sans corps qui peu dure et trespasse comme vent.[4] Les pappes par decrez et les docteurs de sainte eglise, les empereurs par loys et drois canons et tant de sy tres nobles docteurs ont escript sur les tres grans biens que viennent de vraye justice, a nous commandez de la [fol. 9v] bouche de dieu, en sa sainte euvangille, ou il dist: *Beati qui persecucionem paciuntur propter justiciam.* Qui n'est pas tant seullement entendu que il commande faire justice, ains dist que bien heurez sont ceulx qui ont a souffrir pour faire et maintenir justice, dont doit elle estre bien amee. En la quelle Tulles dist qu'il treuve deux manieres de justice, dont l'une est justice en cuer et l'autre est justice en execucion. Justice en cuer est avoir ferme et constante voullenté que chascun ait raisonablement ce que a luy appartient, et de soy meismes ne desirer plus que requiert le merite de sa condicion et ne faire ne souffrir estre fait a nul autre ce qu'il ne voulroit estre fait a luy. Dont cellui qui ainsy se maintient est amy de dieu et puelt estre appellé juste en cuer et de juste voulenté. Et la justice en[5] execution est ceste laquelle se appartient a tous princes et aultres seigneurs et dames

---

1) dixsieme *B* 2) livret *B* 3) bonne vraye justice *B*
4) vent *B* riens *A* 5) de *B*

Et de eo scriptum est in Politicis, in libro tertio et in X capite, adulatorem esse inimicum omnis veritatis et infigere eum quasi clavum in dextrum oculum domini, si is eum audit. Quare eum quisque fugere et evitare debet, imprimis principes et alii domini et dominae, qui gubernant res publicas. Sed ut ad propositum redeam, locuturus de gloriosissimo grano seminis, cuius primus liber mentionem facit, sciendum est vos late aperire debere portas intellectus, ut omni tempore obtinere possitis veram iustitiam ut reginam omnium virtutum, scilicet misericordia temperatam. Nam is princeps, qui habet in se iustitiam, non habet misericordiam, appellari potest umbra sine corpore quae paulum durat et evanescit sicut ventus. Papae decretis et doctores sanctae ecclesiae, imperatores legibus et iussis canonibus ac tot nobilissimi doctores scripserunt de maximis bonis quae eveniunt ex vera iustitia nobis commendata ore dei in sancto evangelio ubi dicit: 'Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam'. Qui non solum ita intellegendus est, eum commendare iustitiam exercere, sed etiam eos beatissimos esse dicit, qui patiantur propter exercendam et sustinendam iustitiam: quare ea magnopere diligenda est. In qua T u l l u s dicit se duo genera invenire iustitiae, alteram esse iustitiam in corde, alteram in agendo. Iustitia in corde est firma et constans voluntas, sua quemque iure habere, quae ipsius sint et e se ipso nihil amplius desiderare quam quod condicionis suae merito postulatur neque inferre neque sinere inferri cuiquam alteri, quod ipse sibi inferri nolit. Is igitur, qui talem se praebet, amicus dei est et appellari potest vir iusto animo et iusta voluntate. Atque iustitia in agendo ea est, quae pertinet ad omnes principes aliosque dominos et dominas, qui gubernant civitates, ut

ol. 10r qui ont seignouries a gouverner, pour reduire et maintenir chascun en sa droicte raison et pour recongnoistre et recompensser les bons et pugnir et abaissier les malvais, chascun selon ses merites.[1] Et certainement, mon tres redoubté seigneur, je vous dy que ceste vertu est celle qui maintient les seigneurs, celle qui croist les seigneuries, celle qui magnifique les citez et ceulz qui par elle se gouvernent. Car sans justice le monde ne seroit riens et les aultres vertus ne aroient point de lieu, dont ne seroient que murtres, traysons, larrechins, violances et des maulz assez plus que ne sont[2], dont le monde convendroit finer.

Et qui demanderoit a Tulles pourquoy il acompaigne
ol. 10v justice avec misericorde, car justice est de soy sy tres espoventable et rigoreuse, qu'il n'est sy grant que ne face trambler, quant a lui touche, et misericorde est sy tres doulce et amiable qu'elle confforte et asseure les doubteux, dont est chose estrange de acompagner rigour avec amiableté, qui sont deux choses contraires; ad ce, mon tres redoubté seigneur, Tulles respond que justice gouvernee humainement et doulcement se puelt dire misericorde, car doulceur, pitié et humanité partent de misericorde. Mais quant corruption est embuschee soubz l'ombre de compassion, certes, ceste compassion est nulle, ains est faulce et detestable, dont par ainssy n'est pas dicte mi-
ol. 11r sericorde, ains est dicte misere accorde. Et aussi la justice gouvernee trop[3] asprement et rigoureusement, pour qu'erant le pecheur au mal fait se entend[4] et se puelt dire que crudelité et orgueil y sont, que sont moult a blasmer. Par lesquelles corrupcions soubz umbre de compassion et aussy trop de crudelitez se sont trouvees maintes seignouries venir a mains et mainteffoiz deshonnestement finir. Et cy fine mon premier grain de semence.

---

1) les merites de sa condicion *B* 2) ne sont *B* ne sont ne seroient *A* 3) trop *om. B* 4) pour quant le *pecheur ait aulcun mal* faict il s'entent *B*

cohibeant et contineant in suo quemque iure ac beneficiis afficiant bonos et puniant deiciantque malos suis quemque pro meritis. Et certe, mi domine reverendissime, dico vobis hanc virtutem eam esse quae conservet principes, res publicas augeat, urbes amplificet et eos, qui per illam se ipsi regunt. Nam sine iustitia mundus nihil esset et reliquae virtutes non haberent locum, ita ut nihil esset nisi homicidia proditiones furta invidiae et mala multo plura quam nunc sunt, unde finis fieret mundi.

Et si quis de Tullo quaerat cur adiungat iustitiae misericordiam, cum iustitia per se tam terribilis et rigida sit, ut nemo tantus sit, quem non terrore afficiat, si eum tetigerit, et misericordia tam dulcis et iucunda sit, ut confirmet et adiuvet timidos, quare mirum sit coniungere severitatem cum suavitate, quae duae res sibi contrariae sint, huic, mi domine reverendissime, respondet Tullus iustitiam humane et dulciter gubernatam nominari posse misericordiam, nam suavitas pietas humanitas proficiscuntur a misericordia. At si corruptio delituit in umbra miserationis, illa certe miseratio nulla est, immo falsa ac detestanda est, cum ea non nominanda sit 'misericordia', verum 'miseria concors'. Etiam iustitia asperius et severius culta, quam peccator, qui ad malum facinus procedit, exspectat, et dici potest crudelitatem ibi et superbiam inesse, quae plane vituperanda sunt. Quibus vitiis in umbra miserationis atque etiam nimia crudelitate nonnullae dominationes ad deminutionem adductae sunt et saepe turpiter perierunt. Atque hic finem capit primum meum granum seminis.

Le IIme chappiltre traicte du IIme grain de semence, qui parle des tres doulz et tres amiables biens qui viennent de paix. De ceste tres glorieuse prosperité de paiz, fol. 11v qui est et vient de la tres souveraine grace de dieu. Quant par noz tres desplaisans pechiez le avons perdue, premier devons recourir ad ce tres souverain seigneur et tous ceulz qui besoing en ont que la nous rende, laquelle ne est de nulluy congneue jusques ad ce qu'il l'a perdue, ainssy qu'il est d'un bon amy, qui n'est congneu jusques ad ce qu'il est mort ou perdu; et aussy de nos santés: il n'est cellui qui la congnoisse s'il n'est malade, mais alors donrroit tout ou partie de quanques il a pour estre gary. Ainssy est il de la paix jusques a tant qu'elle est perdue. Lors il est qu'il fault veiller jour et nuit par la ville et sur les murs; marchandise ne puelt courir, nul n'ose de sa porte saillir fors a grant peril[1] et fault estre sur les champs au froit, au chault, a la pluie et au vent et mainteffoiz souffrir grant faing, grant soif et des fol. 12r paynes tres largement, et, que pis est, morir, estre pris ou toute sa vie reprochiez. Et pour ce, mon tres redoubté seigneur, que ceste tres sainte prosperité de paix, qui est lumiere de dieu, je supplie sy tres humblement que puis a tous princes et aultres hayneurs[2] que paix leur soit recommandee, et que vous et tout bon prince l'aquerez se par vous se povoit raisonnablement recouvrer, comme la chose que toute bonne gent desirent plus.

Et car, mon tres redoubté seigneur, en porroit dire que une tres grande puissance n'a nul besoing de requerir paix et que dieu ayde aux plus foibles, mais les plus fors gaignent tousiours. Ad ce tres humblement je respons que pour dieu vous ne aultres veuilliez pensser ne croire fol. 12v que chose nulle soit asseuree par temps de guerre, pour grande ne puissante que elle soit. Car en temps de guerre adviennent tant, tant, tant et de sy tres tant de merveilleux cas et estranges adventures qu'il n'est cuer qui

---

1) *se a grant* peril n'est *B* 2) hayneux *B*

Secundum caput tractat secundum seminis granum, quod loquitur de suavissimis et dulcissimis bonis quae veniunt ex pace; de gloriosissima illa prosperitate pacis quae est et proficiscitur ex summa gratia dei. Quam cum peccatis nostris displicentibus perdiderimus, primum nos recurrere debemus ad hunc summum dominum et omnes illi, quibus e nobis deum eam restituere opus erit, quae a nullo cognoscitur priusquam perdita est, tamquam amicus bonus non cognoscitur nisi cum mortuus vel perditus sit, et tamquam sanitatem nemo est qui cognoscat nisi aegrotus: sed tum omnia vel partem eorum, quae possidet, daturus sit, ut sanetur. Idem accidit in pace, donec deperdita est: tum evenit, ut pervigilandum sit dies noctesque per urbem et in moenibus; mercatus fieri non potest, nemo domo exire audet nisi magno periculo, sed omnes in statione esse necesse est in frigore calore imbri vento et saepe magna fame, magna siti valde laborare et gravibus miseriis, vel etiam, quod peius est, mori capi aut per totam vitam infamem esse. Propter illam igitur sanctissimam prosperitatem pacis, quod est lumen dei, mi domine reverendissime, supplico quam humilissime possum omnibus principibus aliisque pacis turbatoribus ut pacem commendatam habeant, et ut vos et omnis bonus princeps eam consequamini, siquidem per vos iure recuperari potest, utpote quam omnes boni plurimum cupiant.

At, mi domine reverendissime, dicat quis, magno regno pacem requirere opus non esse et deum debilissimos adiuvare, fortissimos autem semper superiores discedere. Huic humilissime respondeo, ne per deum vos neve alius quisquam existimetis neve putetis ullam rem belli temporibus tutam esse, quamvis magna potensque sit. Nam temporibus belli tanta eveniunt et

pensser les peust ne langue dire. Et sur ce vous donne a tesmoing de Troye la grant, qui tant estoit puissante de noblesses, de richesses et de tres vaillantes gens, comment par guerre elle fut arse, destruite et mise a ruyne, et est aussy Cayte[1], Athenes, Thebes, Cartaige, Romme, qui n'est rien a ce qu'elle soulloit, et aussy tant d'aultres sy tres grandes et sy puissantes seignouries par guerre estre venues a leurs finalles destructions. Encores, sans aller plus loing, et de nos temps en quel peril et en quel dangier a esté ce royaume de France, et par sy longue ol. 13r espace de temps, lequel par la grace de dieu est ores tres grandement recouvré, esperant[2] tousiours de bien en mieulx, et tout ce par guerres venues et par divisions. Et pour ce les bons la heent et les peupples la fuyent, car elle est destruction de biens et consommement de vyes.[3] Mais la tranquillité de[4] la paix benoite est commun desirer de toutes bonnes gens, car par la bonne paix seigneurs et peupples vivent en joye et en lyesse et passent leurs mortelz vies seurement, car en la paix chascun puelt dire que ce qu'il a raisonnablement est scien, et par temps de guerre chascun vist en paour et en doubte de corps et de biens, et ne puelt dire au vray qu'il ait riens, ol. 13v pour grant qu'il soit ne pour puissant. Et oultre ce, mon tres redoubté seigneur, vous certiffie que le seigneur ne est pas bien asseur, quant contre la voullenté de ses hommes commence division et guerre. Et pour ce, mon seigneur, je dis que paix doit estre desiree et cerchee dilligement[5], et ne craindre[6] point de honte la ou est le commandement de dieu. Car qui a son tort la refuse, dieu est contre lui, tesmoing pluisieurs batailles de mon temps. Et pour ce, monseigneur, je diz que paix doit

---

1) *sic S Notes p. 62 adn. 3; idem olim* Cayre (*Cairo*). *De hoc loco corrupto infra disseremus* 2) recoure: et par la saincte paix ciuille esperant *B* 3) de vyes oultre le grant peril des ames infinies qui s'i treuuent perdues. Mais *B* 4) et *B* 5) honnestement et diligement *B* 6) craindre *B* croire *A*

tot novi casus atque inauditae res, quae animus non cogitare, lingua non eloqui valeat. Testem huius rei vobis dabo Troiam magnam, quae nobilitate divitiis fortitudine hominum opulentissima in bello incendio deleta destructa diruta est, itemque † Cayte, Athenas, Thebas, Carthaginem, Romam, quae nihil est, si quid fuerit spectas, multasque alias maximas et potentissimas civitates bello ab stirpe exstinctas. Etiam, ne longius progrediar, nostra aetate quanto in periculo et discrimine fuit hoc regnum Franciae et quam diu, quod nunc dei gratia ample restitutum est atque in dies pro bono successu meliorem sperat: quae omnia acciderunt propter bella et discordias. Itaque boni bellum oderunt et populi fugiunt, nam bona perdit et vitas exstinguit. At tranquillitatem pacis praedicatae omnes boni pari modo desiderant, cum in bona pace domini et populi cum gaudio et laetitia vivant et vitam mortalem secure degant; nam in pace quae quisque iure habet, re vera sua esse dicere potest, belli vero tempore omnes in pavore vivunt et metuunt corporibus et bonis neque affirmare possunt se quicquam habere, quamvis magni vel potentes sint. Praeterea, mi domine reverendissime, affirmo vobis dominum non satis tutum esse, cum contra voluntatem eorum, quos regit, discordiam vel bellum ineat. Quam ob rem, mi domine, dico pacem cupiendam et quaerendam esse diligenter neque contumeliam ibi timendam esse, ubi dei iussa habemus. Nam qui iniuria pacem repudiat, ei deus adversatur: testes complures mei temporis pugnae. Quare, mi domine, pacem cupiendam esse dico et quaerendam honeste et diligenter; et qui hoc facit, dei amicus est et amatus a suis, qui

estre desiree et cercee honnestement et dilligement, et cellui qui le fait est ami de dieu et amé de ses hommes, qui metteroient corps et biens pour lui. Et le seigneur qui aultrement le fait, sache que il porte preiudice civil, car maintes fois advient que la guerre par battaille ou [ol. 14r] par aultre peril redonde plus sur le seigneur que sur ses gens, car oncques seignourie ne faillit a seigneur, mais seigneur a bien failly a seignourie. Et cy fine mon deuxieme grain de semence.

Le IIIe chappiltre parle du IIIe grain de semence, qui traitte de oir benignement toutes gens et doulcement leur respondre.

De ceste tres sainte, tres doulce et tres amiable condicion parle Tulles et dist que vrayement c'est celle qui [ol. 14v] contribue a toutes les vertus qui sont, car nulle ne puelt estre vertu se elle ne est acompaignie de humilité et de doulceur, dont par ceste est chascun amé et loé, et souverainement le prince, qui est le miroir et l'exemple de tous, lequel doit a toutes gens requerans prester ses oreilles et les oir benignement et doulcement, les entendre qu'ilz vouldront dire ou supplier, et puis amiablement leur respondre, et sans delay ou le plus tost que il porra leur requestes justement demandees leur consentir et accorder, dont par ainssy leur doulceur et bonne renommee sera portee par Pegassus, le bon destrier voullant, ainssy qu'il porta les vaillances des Persans et celles d'Ector, de Cesar et des aultres tres vaillans en armes et en vertueuses condicions. Et qui diroit: vrayement, je croy bien que oir et respondre doulcement[1] porte au seigneur grant amour, mais se il estoit aucun fol oultrecuidié ou simple qui demandast au seigneur chose non licite de faire et par forme qu'il ne devroit, le seigneur les doit il oir? [ol. 15r] certainement, Tulles ad ce respond que ouy[2], car chascun

---

1) doulcement *B om. A* 2) Tulles ad ce respond que ouy *B je respons* que oil *AS*

vitae atque capitis periculum pro eo adituri sint. Et ille princeps qui aliter agit, sciat se sibi ipsi damnum esse facturum, nam saepius accidit, ut bellum pugna aut alio periculo plus detrimenti afferat domino quam civibus, nam nulla civitas carebat domino, sed dominus saepe caruit dominatione. Et hic finem capit secundum meum seminis granum.

Tertium caput tractat tertium granum seminis, quod disserit de benigne audiendo omnes homines et cum suavitate eis respondendo.

De hac sanctissima dulcissima amabilissima conditione loquitur Tullus et dicit hanc vere eam esse, quae plurimum conferat ad omnes quae omnino sunt virtutes, nam nullam esse posse virtutem, nisi ad eam adiunctae sint mansuetudo et affabilitas. Propter eam igitur omnes amantur et laudantur, et maxime princeps, qui est speculum et exemplar omnium; quem oportet omnibus, qui supplices eum adeunt, aures praebere et eos benigne et comiter auscultare et audire, quae velint dicere vel supplicare. Tum respondere iis debet amice, et sine mora aut quam celerrime potest precibus eorum iuste factis obtemperare et exsequi quae petierunt; inde enim per Pegasum, equum optimum alatum, mansuetudo eorum et bona fama portabitur, velut ille olim Persarum virtutes et Hectoris portavit, nec non Caesaris aliorumque manu fortium et cum virtute viventium. Et si quis dicat: 'Certe, etiam ego puto principem benigne audiendo et respondendo amorem sibi conciliare, sed si quis insanus et temerarius aut fatuus a principe petat quod petere non liceat aut quo non liceat petendi modo, eum princeps num audire debet?' Sane, Tullus huic respondet, eum audire debet, nam sunt

n'a pas doulce parolle ne beau parler, et se il le savoit mieulz dire, devons pensser qu'il le diroit; et aussi telle chose porroit au prince sembler estre mal dicte que aux aultres sembleroit bien, et pour ce est chose convenable a tous princes que tousdiz ilz soient aux responces gracieulz.[1] Car Tulles dist que le oir[2] benignement est signe de bon entendement, et le respondre doulcement est aux escoutans tres agreable et porte signe de discrecion. Et le consentir en raison est justice, de laquelle despendent toutes aultres vertus. Et cellui qui ne porra estre oy, ou se le seigneur le oist ainssy que font pluiseurs qui escouttent et entendent ailleurs, puis ne scevent que respondre[3], car ilz ne scevent que l'autre a dit, et que pis est sont aucuns seigneurs qui s'en mocquent; alors l. 15^{v} se part le povre suppliant venu de loings despendre le sien et voist qu'il na riens fait, sy se complaint en sa penssee et dist que son seigneur l'a mesprisié, tant soit il petit, alors s'en va desesperé, et jour et nuit ne fait que pensser et a dieu requerir aultre seigneur, disant que nullement porroit il empirer. Et lors murmure l'un secretement a l'autre et s'empoisonnent les cuers et serchent les voyes d'aultre seigneur avoir. Sy sachent tous princes que il ne est chose au monde que pis se comporte et qui face les cuers deshonnestes que fait le mesprisement de leur seigneur. Et de tant que le cuer mesprisé est plus esleu, de tant a il plus a souffrir et a pensser. Sy ne croye nul prince avoir ja nul tant soit il son prouchain ne son famillier, que se il se voist du tout de sa grace mesprisié que son bon voulloir ne se change. Et de ce se doit tenir plus que certain, et qu'il ne soit joyeux de l. 16^{r} l'annuy qu'il lui porroit advenir, non obstant qu'il pour son honneur ne s'y vouldroit trouver. Mais quant le

1) soyent aux ouyrs, aux responces et en leur faictz et dictz sur tous aultres gracieulx *B* *Tum narratur in B res quaedam quae Antonii fere tempore accidit; om. S* 2) Tulls dist que le ouyr *B* Car le oir *AS* 3) respondre a ce que le *requerant a dit B*

qui dulcia verba non habeant neque bene loqui possint, quos, si melius loqui possent, id facturos esse existimare debemus; etiam saepe principi videri possit aliquid non bene dictum esse, quod aliis videatur; quare convenit omnes principes in respondendo comes semper esse. Nam eo quod benigne audiunt, sese optime ea cognovisse ostendunt, et suaviter respondere audientibus iucundissimum est et dat pignus consilii necessarii. Et eis rebus quae habent rationem consentire iustitia est, e qua pendent omnes reliquae virtutes. Et si quis non assequitur, ut audiatur, aut si dominus eum ita audivit, ut permulti faciunt, qui aures et animum aliorsum advertunt, quare postea nesciunt quid respondeant, nam nesciunt quid alter dixerit, et, quod peius est, quod domini sunt qui eum qui rogat illudant: tum pauper ille supplex qui ex longinquo venit, ut suam rem consumeret, proficiscitur et videt se nihil effecisse, secum conquerens, quod dominus ipsum aspernatus est, licet minimum eum spreverit, itaque rebus suis desperans abit et dies noctesque nihil aliud facit nisi cogitat et a deo alium dominum petit, dicens nullo modo fieri posse, ut peius sibi esset. Deinde inter se murmurant secreto et corda veneno sibi imbuunt, et vias quaerunt quibus alium dominum habeant. Itaque sciant omnes principes nihil in mundo peius esse et magis corda violare quam domini contemptionem. Et quo animus spretus est praestantior, eo plus dolet et cogitat. Proinde nullus princeps putet quemquam sibi esse tam amicum aut familiarem, cuius, cum se ab illo aliquo modo contemptum videat, bona voluntas non immutetur. Et hanc rem certa certiorem habere debet se non gavisurum esse molestiis quae sibi accidere possint, licet honor ipse in eo periculo non sit. At si princeps audit et respondet benigne,

prince escoute et respond benignement, il a ja le requerant a moittié sattisfait, et supposé que sa requeste fust ja du tout desraisonable, sy s'en va il a moittié contens et[1] lui doulcement remonstrant que sa requeste seroit au preiudice departie ou qu'elle seroit contre la utillité publicque ou contre les loys ou pourveoir de appoincter a partie, ou que il commettera sa chose en justice, et par pluisieurs aultres gracieuses responses qui se porroient bien trouver et dire; dont par ainssy il se partira content en lui meisme et ne sera nul qui de tel prince puisse pensser que bien et dire, mais quoy que soit ou du consentir ou reffuser, sur toutes choses soit au moins de delay que faire se porra, car par ainssy tout sera
fol. 16v justice et grace, comme le proverbe dist: *Qui cito*[2] *dat, bis dat.* C'est a dire que la grace despecee est doublement donnee. Et cy fine mon IIIe grain de semence.

Le IIIIme chappiltre traitte du IIIIe grain de semence qui traitte de utillitez comunes et comment elles se doivent gouverner.

Vrayement les autenticques escriptures nous monstrent et[3] aussi font les exemples de nos yeulx, comment nous devons gouverner. Et de ceste matiere parle Tulles en son dit livre *De virtutibus* et au VIIe chappiltre et dit[4] que tous princes et aultres seigneurs se doivent emploier de tous leurs cuers[5] et dilligement que les euures des marchandises ayent leurs cours[6] pour les biens qui en
fol. 17r viennent pour toutes les seignouries. Car marchandises et tous ars sont au bien et prouffit des seigneurs et au bien de la chose publique, que chascun commun et peuple desire fort. Et aultrement sachent tous que la chose qui ne se comporte liement et se soustient par force et contre le cuer des gens, est tres dure a longuement souf-

---

1) en *B* 2) cito *B* tot *A* 3) et *om. AB corr. S*
4) chapiltre et dit que *B* chappiltre. C'est assavoir que *AS*
5) *pouoirs B* 6) que les euures — leurs cours *B* *om. A*

eum qui petit iam dimidio satisfecit, et licet quae petivit ille perstulta sint, tamen dimidio contentus abit, si princeps ei suaviter ostendit ea quae rogavit aut in damnum evasura aut contra utilitatem publicam aut leges esse, aut ei ex parte quidem satisfactum iri, aut se causam iudicibus commissurum esse, aliaque similia comiter responsa, quae facile inveniri et dici poterunt; tali igitur modo ille contentus abibit, neque erit quisquam quin de tali principe optimum existimet et loquatur. Sed sive consentit sive recusat, utique mora minima sit, nam ita omnia iustitiae et gratiae plena erunt, secundum proverbium illud 'Qui cito dat, bis dat'. Quod est intellegendum gratiam celeriter datam esse duplicatam. Et ita finem capit tertium meum granum seminis.

Quartum caput tractat quartum granum seminis quod loquitur de commodis communibus et quomodo ea gubernanda sint.

Profecto scripta authentica itemque exempla quae ante oculos habemus nobis monstrant, quomodo gubernare debeamus. Qua de re loquitur Tullus in libro quem memoravimus *De virtutibus* et in capite VII. Et dicit omnes principes et alios dominos omni cura et diligentia id agere debere, ut res venales tuto importentur et exportentur propter commoda quae inde eveniunt omnibus civitatibus. Nam negotiationes et omnes artes dominis emolumento sunt et rei publicae usui, quem pro se quaeque civitas et populus valde cupit. Praeterea sciant omnes eam rem, quae non laete toleratur et per vim sustinetur et contra omnium voluntatem, haud facile diu ferendam esse. Perinde

frir.[1] Ainssi est il du peuple quant il n'a voye de deslivrer leurs ars et marchandises. Ilz viennent a decliner et en necessité, parquoy peu a peu murmurent et se complaignent[2] de la seignourie ou ilz sont. Et lors en leurs cuers se engendrent les malles voullentez, et penssent que quelxconcques aultres seignouries qu'ilz eussent ne porroient que amender. Et lors font les traittres les traisons et les rebelles les rebellions. Mais quant les fol. 17ᵛ seigneurs font avoir aux marchandises cours pour aller hors et venir sceurement, les marchans et gens de mestier gaignent et vivent lyement. Alors le peuple abonde en richesse et se resioist de tel seigneur et tres voullentiers le gardent et deffendent et secourent a tous ses besoingz, et prient a dieu pour lui, et non seullement ses hommes, mais tous aultres qui portent marchandises en ses pais. Et cy donrai fin au IIIIme grain de semence.

Le cinquieme chappiltre est du Ve grain, qui traitte comment les princes et aultres seigneurs se doivent contenir en avoir subcides de leurs hommes et les perilz qui au contraire y sont.

Entre tous les perilz qui sont Tulles dist que certes[3] il n'est pas a oublier ne a laissier les perilz qui mainteffoiz a pluisieurs seigneurs sont advenus pour trop desordonnement greuer leur peuple.[4] Car peupple est de telle condicion que moult se tient a grevez seullement de leurs despences neccessaires. Tesmoing vous donne de Marcel, de Brunlauentin[5], eulz estans la fleur et gouvernement de Romme, ce que leur advint par occasions de fol. 18ʳ subcides qu'ilz voulloient tant mettre. Encores du subcide que mist Torqueus pour mander Sipion en Auffricque,

---

1) est tres perilleuse et dure a longuement porter *B* 2) garmentent *B* 3) Entre tous les perils qui sont Tulles dist que certes *B* Et certes *AS* 4) leur peuple se tres grant necessité ne les contraint, laquelle chose on leur doyt amyablement signifier, car tout peuple est *B* 5) *sic AB. De hoc loco corrupto infra disseremus.*

est populus cum ei non sit facultas libere agendi cum artibus et mercatura. Fortuna deseruntur et in necessitatem perveniunt, quare paulatim murmurant et conqueruntur, quod ista sub dominatione sunt. Et inde in animis eorum gignuntur malae voluntates, et existimant quamcumque aliam ac nunc habeant dominationem adeptos se in nulla alia nisi meliore condicione futuros esse. Et tum proditores proditiones et seditiosi seditiones faciunt. Sed si domini curant, ut res venales tuto exportentur et importentur, mercatores et opifices lucrum auferunt laetique vivunt. Tum populus divitiis abundat et gaudet tali domino et libenter eum tuentur et defendunt eique omnia parant quibus indiget et pro eo deum precantur, neque populares solum, sed etiam omnes qui res venales in terram eius important. Atque hic quarto seminis grano finem imponam.

Quintum caput est de quinto grano, quod tractat quomodo principes aliique domini se continere debeant in tributis imponendis suis hominibus quaeque pericula e contrario nascantur.

Atque omnium quae sunt periculorum Tullus dicit certe neque obliviscenda neque neglegenda esse ea pericula, quae saepe compluribus dominis acciderunt, quod nimis inconsiderate populum suum tributis gravaverant. Nam populus ea condicione est, ut tributa, vel si necessaria sunt, graviter ferat. Testem vobis affert Marcellum, †Brunlaventinum, viros in re publica Romana administranda florentes, quod iis acciderit, quod nimia tributa populo imponere vellent. Torqueum etiam, cum, ut Scipionem in Africam mitteret,

et sy estoit ce pour le bien commun, dont le peuple l'assiega par XXIIII jours et prist en Cappidole. Et pour ce le seigneur doit signifier et ordonner que par ses gens et officiers le peuple[1] ne soit point oppressé ne plus pillié. Car entre les painnes qu'ilz ont, c'est celle que plus leur est dure a comporter, car il leur semble que leur seigneur les en doit garder. Or sont ils aucuns qui porroient dire et arguer: 'Et comment est il raisonnable que toutes les fois que le seigneur vuelt avoir ayde et fol. 18v subcide de ses hommes, que il leur doye signiffier, doncques n'est il pas seigneur, car tous seigneurs puevent et doivent commander pour estre obey'[2]. Ad ce Tulles respont et dit que vraiement les princes et seigneurs puent commander et doivent estre obeis, mais c'est assavoir es choses raisonnables, car pour ce sont ilz de dieu et par son ordonnance constituez et maintefois par election du peuple. Doncques n'est il mie a croire que dieu ordonnast a ses officiers de faire choses deshonnestes et malvaises, ne aussi le peuple ne fait mie voullentiers seigneur qui les doive oultre justice grever ne oppresser, mais se[3] le seigneur les a par force conquis[4]. Et avecques ceste conionction Tulles se taist, disant encores que non attendu que ilz sont tous freres et venus d'un cep, et le seigneur est assez pis que homme, quant il n'est piteux, et le piteux est assez meilleur que homme et est plus a amer et a prisier que nul tresor. Et qui fol. 19r encores demanderoit: 'Est il nulle aultre forme ne maniere par quoy le prince puist avoir subside de ses hommes s'il ne vient de leurs bourses, qui leur est sy tres dure

---

1) doit seigneur et ordonner que gens et officiers le peuple *A* doibt estre songneux que par ses gens sur ce le peuple *B*. *Corruptelae mederi conatus est S quem secuti sumus.* 2) obey de ses hommes *B* 3) sinon quant *B* 4) conquis prins a mercy et avecques ceste conionction. Et encores sur ce dit que si par force et trop souuent vauldroit le leur que tyranniroit, car mercy et tyrannie sont ennemys, et que tous *sommes* freres venus d'un cept, dont deuons l'ung de l'autre *avoir mercy*. *Et le* seigneur est assez pis B

populo subsidia imponeret, licet hoc pro communi salute esset, ob id populus per viginti quattuor dies obsedit et in Capitolio comprehendit. Itaque dominus debet significare et imperare, ne per procuratores suos et legatos populus opprimatur neve expiletur. Nam omnium quae iis sunt iniuriarum illa iis est gravissime ferenda, nam dominum se ab illa defendere debere putant. Hic sint qui dicant et disputent: 'Qui convenit, ut, ubicumque dominus vult petere auxilia et subsidia a populo suo, id iis significare debeat, ergo non est dominus, nam omnes domini possunt et debent imperare, ut sibi oboediatur'. Ad hoc T u l l u s respondet et dicit certe principes et dominos imperare posse illisque oboediendum esse, sed tantum in rebus rationi scilicet convenientibus, nam ob id a deo eiusque imperio constituti sunt et nonnumquam electione populi. Itaque putandum non est deum iubere legatos suos inhoneste ac male agere, neque etiam populus ultro creat dominum, qui se contra ius gravare et opprimere debeat, nisi dominus eum per vim subegit. His verbis T u l l u s finem facit, dum disputat omnes fratres esse atque una e radice procreatos, tamen et dominum multo peiorem esse quam hominem de populo, si non misericors sit, et misericordem dominum multo meliorem esse quam hominem de populo et magis amandum et laudandum esse quam ullum thesaurum. Et si quis iam quaerat: 'Nonne alia ratione ac via princeps assequi potest subsidia a populo suo, ne sint de illius privata pecunia, quod tam graviter ferunt? nam soliti

chose a comporter, car les communes entrees des princes ne sont pas toutes souffisantes a la grant charge que ilz mainteffoiz ont, tant aux emprinses comme aux deffences de guerres et aultres despences neccessaires, que tousiours sourviennent aux seigneurs?' ad ce Tulles respond et dist: 'Signiffiez voz affaires a voz hommes amiablement, et se ilz ne vouz aident des subsides de leurs bourses, sy vous aideront ilz de gabelles et de impositions sur les entrees et yssues des marchandises, et eulz comme loyaux et preudommes le feront voullentiers quant les princes leur seront bons et les maintendront en bonne police et justice'. Car ce ne leur semblera comme riens quant ne saillira pas
l. 19^{v} de leurs bourses, dont leur en sera mains grief. Et encores porront bien les princes prouffiter a pugnir ceulz qui forfont a la justice, ayans esgard a maintz aultres grans perilz que sont advenus, dont maintes escriptures le tesmoignent[1]. Et cy donrray fin a mon Veme grain de semence.

Le VIme chappiltre parle du VIe grain de semence qui traitte des habondances et des faultes de vivres, les seuretez et les perilz qui s'enssievent[2].

En verité, il n'est pas de laissier a parler des biens qui en vie nous soustiennent et les tres inreparables maulx que par deffault de ce sont mainteffoiz advenus. Et pour[3]
l. 20^{r} ce dist Tulles que le prince doit estre songneux et dillegement pourchassier que son pais soit bien garny de tous vivres et des aultres choses neccessaires a la condicion humaine. Et ce aucun disoit: 'Comment est il au seigneur possible qu'il puist donner habondance de vivres et des aultres biens neccessaires a la condicion humaine, certes nenyl, car c'est chose qui vient de dieu qui dispose[4] les qualitez des temps, par quoy les biens de terre et tous aultres choses quelxconques soient ad ce neccessaires nous vienent?' ad ce respond Tulles et dist: 'Chascun scet

1) escriptures font mencion *B* 2) qui y sont *B* 3) sur *B* 4) de dieu, car par le vouloir de dieu sont *disposez B*

principum reditus non omnes satis magni sunt vel ad grandes sumptus, quos saepe illi sustentare debent vel ad res quasdam agendas ut ad bella defendenda vel alia necessaria negotia exsequenda, quae semper principibus occurrunt?' Huic Tullus respondet et dicit: 'Indicetis amice populo vestro res necessarias, et nisi vos adiuvabunt de sua pecunia, tamen de vectigali imposito omnibus eis rebus, quae negotiandi causa importantur et exportantur, et ut sunt homines legibus obtemperantes et prudentes id facient libenter, si principes erga eos boni erunt et eos in custodia et iustitia continebunt.' Nam hoc pro nihilo ducunt, dum ne de sua pecunia pendant, cuius varios questus edent. Etiam magnum quaestum facere poterunt, cum puniunt eos qui ius violaverint, intuentes multa alia magna pericula, quae saepe accidisse multa scripta testantur. Atque hic finem faciam quinti mei grani seminis.

Caput sextum loquitur de sexto seminis grano, quod est de abundantia et de inopia rei frumentariae, de securitate et periculis quae inde nascuntur.

Re vera non omittendum est disserere de bonis quae nos in vita sustentant et de malis non sanabilibus quae illis rebus neglectis saepe acciderunt. Itaque Tullus dicit principem omni cura et diligentia providere debere, ut populus bene ornatus sit omni victu et aliis rebus conditioni humanae necessariis. Et si quis dicat: 'Qui fieri potest ut dominus praebeat abundantiam victus aliarumque rerum quae conditioni humanae necessariae sunt? certe non potest, nam dei hoc est qui moderetur tempestatibus, unde fruges terrae et quaecumque alia ad id necessaria sunt nobis fiunt.' Huic Tullus respondet et dicit: 'Omnes satis

assez et doit savoir que les seigneurs terriens ne sont pas dieux et qu'il ne est aultre dieu que cellui du ciel, par lequel tous les biens viennent. Mais les princes chascun en soy tient ou doit tenir le siege de dieu en tant[1] que en eulz doit estre souveraine prudence et toute dilligence de estre songneux, que quant les qualitez des temps d'abondance sont multipliees en tous ou en partie de aucuns biens,
fol. 20v alors le prince doit commettre gens souffissans que les biens de icelle habondante saison soient ordonnees par forme[2] que ilz puissent supplier et secourir a l'extremité et necessité du malvais et famineulx temps, que maintesfoiz est advenu et puelt advenir'[3]. Et qui n'y prend garde moult souvent par pluisieurs voyes, la grant habondance vient tost a mains, dont le conseil de Tulles[4] est que par quelxconques temps que bonne garde et grant dilligence soit a bien garder et conserver les choses dont nous vivons et aultres neccessaires. Car oncques par habondance de biens seignourie ne porta peril, ne vint a mains, mais bien par deffaultes et neccessitez se sont trouvees maintes seignouries en grant peril et mainteffoiz destruites. Et ce aucun seigneur voulloit dire encores: 'Je ne suys pas le dieu qui dispose le temps a sa voullenté[5],
fol. 21r chascun le scet bien, doncques quel peril puis je porter, et pour ce adviengne que porra, se donne conseil qui vouldra, quant a moy je ne morray pas de fain, et c'est la chose que mains je doubte'; ad ce Tulles respond et dist: 'Je ne dis mie que le prince doye morir de faing, de soif, de froit ne de chault; mais vrayement je dis que il porroit bien avoir ce mal ou pis[6], car certainement il n'est riens que le prince doye tant doubter que le fain entre son peuple, car le peuple affamé est de telle

1) leurs sieges tant *A* 2) fournie *B* 3) c'est assavoir que son pays soit pourueu pour ung an ou deux ad venir *addit B* 4) le conseil de Tulles *B* mon conseil *AS*. *Utrum rectum sit, diiudicari vix potest.* 5) qui dispose, le temps a sa voullenté, *S (tempus habet voluntatem suam)* 6) *avoir a cause de* ce autre mal que cestuy ou pire, car *B*

sciunt et debent scire principes non esse deos neque porro alium esse deum quam caeli deum, a quo omnia bona veniunt. Sed principes pro sua quisque parte funguntur vel fungi debent vice dei ita, ut in iis insit summa prudentia et omnis diligentia providendi, ut cum abundantia sive omnium sive plurimorum bonorum multiplicata est, idoneos eligant homines ad fructus temporis illius copiosi ita condendos, ut ii suppeditare possint et mederi extremae necessitati et calamitati temporis mali et famelici, quale saepe accidit et accidere potest'. Et nisi quis ei rei multum et saepe et pluribus modis prospexit, magna illa copia rerum brevi minuitur; quare consilium Tulli est, ut quocumque tempore magna providentia et omni diligentia curetur, ut ea, unde alimur, bene condantur et conserventur. Nam per abundantiam bonorum nulla umquam dominatio in periculum incidit aut comminuta est, attamen inopia ac necessitate multae civitates in magnum periculum adductae et saepe destructae sunt. Et si quis dominus dicere velit: 'Nemo ignorat me non esse deum qui constituit tempestatem ad suam voluntatem, quid igitur periculi mihi accidere potest? Et quodcumque acciderit, qualecumque consilium datum sit, ego quidem fame non sum moriturus, hoc certe minimum vereor', huic Tullus respondet et dicit: 'Ego non dico principem fame siti frigore aestu interire debere, sed profecto dico ei tale malum vel peius accidere posse, cum certe nihil sit, quod principi tantopere timendum sit quam fames populi. Nam populus fame enectus talis est, in quali nihil valeat consilium amor pietas preces fides minae neque aliud quicquam officium qualecum-

condicion qu'il n'a en lui conseil, amour, pitié, priere, foy, menasses ne aultre esgart de devoir quelconcques soit.' Et pour ce le bon prince doit de dieu tousiours requerir l'ayde et l'abondance de tous biens et aussi conseil et sens pour les povoir[1] bien gouverner, ad fin que se fortune de temps court sur lui, qu'il ne puist estre trouvé ol. 21^{v} despourvu. Sy lui sera grant sceureté, honneur et gloire et grant joye et plaisir a ses hommes, qui lui seront assez plus obeissans a tous ses commandemens. Et de ce encores Tulles donne aultres tesmoings[2], c'est assavoir Metel et Fabien, grans senateurs de Romme et bien amez, comment ilz perdirent l'amour du peuple et furent destruis par la chiereté a Romme survenue[3]. Encores recite comment a la venue de Cesar le peuple habandonna Pompee par la chierté ou ilz estoient, et par l'abondance que Cesar leur fist venir incontinent de Campaigne et de Sardigne, fust soustenu et amé. Et de maintes aultres citez, villes, chasteaulx et seignouries perdues par neccessitez semblables, ausquelles tous saiges princes et gouverneurs de choses publicques doivent avoir[4] esgart et souventeffoiz y pensser. Et cy donnray fin a mon VIme grain de semence.

Le VIIme chapiltre parle du VIIme grain de semence, ol. 22^{r} qui traitte comment l'on doit garder, acroistre et conserver les biens de la chose publicque tant es seigneuries[5] comme es communitez.

Sachent encores tous princes et gouverneurs de la chose publicque que une des choses que fait amer les seigneurs et gouverneurs de[6] leurs hommes est que la peccune et aultres entrees que viennent au commun prouffit des hommes, soient par eulz bien gardees, conduittes et conservees, que les tirans pilleurs sur leurs hommes ne les puissent ainssy pillier et efforcer comme souventeffoiz soubz prince simple ou negligent ilz font[7] et que pis est,

1) savoir et pouvoir *B* 2) exemples a tesmoing *B* 3) a Romme *om. A* 4) bien auoir *B* 5) seigneuries *B* *seigneurs A* 6) de *B* et *A* 7) negligent est advenu *B*

que est'. Quapropter bonus princeps debet a deo semper petere auxilium et abundantiam omnium bonorum, etiam consilium et prudentiam, quibus ea bene gubernet, ne, si mala fortuna contra eum surrexerit, offendi possit imparatus. Ita ei erit magna securitas et gloria et honor magnus, magnum vero gaudium et laetitia iis quos regit, qui eo magis ei oboedient in omnibus rebus quas mandaverit. Cuius rei etiam Tullus testes alios affert, scilicet Metellum et Fabianum, senatores Romae praeclaros et valde amatos, quomodo perdiderint amorem populi et honore deiecti sunt propter frumenti caritatem Romae exortam. Praeterea narrat populum, cum Caesar adveniret, reliquisse Pompeium ob annonae caritatem qua vexabantur, et Caesarem, quod continuo ex Campania et Sardinia magnam frumenti copiam arcesseret, adiutum et amatum esse. Et multae aliae civitates urbes castella dominationes ex simili necessitate perierunt, cuius omnes sapientes principes et ii qui gubernant res publicas, rationem habere debent et saepe reminisci. Et hic finem faciam sexti mei seminis grani.

Caput septimum loquitur de septimo seminis grano, quod disserit quomodo bona rei publicae continenda augenda conservanda sint sive in regnis sive in civitatibus.

Sciant praeterea omnes principes et qui res publicas gubernant, unam ex causis, cur domini et principes a suis amentur, eam esse, quod aerarium publicum et alios reditus qui communi civium utilitati sunt bene continent, administrant, conservant, ne tyranni civium spoliatores eos possint expilare neque opprimere, quod saepe faciunt sub principe fatuo et neglegenti, etiam, quod peius est, adiuti saepe et excitati,

ilz sont mainctesfois soustenus et confortez, dont les bonnes gens sont povres et necoessiteux, puis fault que aux usures se menguent et destruisent[1] tous. Et quant ilz ont a reparer leurs maisons, esglises, murailles, fousses, fol. 22v ambaxades et provisions de leurs villes, ou a leur seigneur faire aucun don, alors les povres hommes, qui sont mengiez des mengeurs, a leur seigneur ne ont de quoy paier, sy sont gaigiez arrestez et mis en prison, ou ilz demourront jusques ad ce qu'ilz auront paiet. Ha! prince, qui ainssy te contiens, bien dois doubter le ire de dieu. Mais quant le seigneur est saige et bon, il ayme et deffend ses subgez et le bien de la chose publicque[2], dont par ainssy ilz sont plains et riches, et le seigneur en est amé et doubté et se sert lyement d'eulx et de leurs biens a son besoing. Et sont aucuns qui porroient dire que entre toutes les choses cy devant dictes ceste est celle que plus est forte a bien gouverner; la cause est que chascun naturellement desire monter a honneur pour soy fol. 23r enrichir et estre prisié, et que pis est, il n'est nul se il ne est ami de dieu, que quant plus ait que plus ne desire avoir, dont comment puelt le seigneur retenir et gouverner ce que est de chascun tant amé et sy desiré, et desja est le monde sy tres enrachiné a exurper par quelque maniere que soit les drois des ungs et des aultres, qu'il n'est seigneur qui a paines les en peust garder; ad ce respond Tulles[3] que telz seigneurs sont ceulz qui se laissent tant gouverner qu'ilz aroient honte que eulz meismes veissent leurs receptes, leurs despences et ce qu'ilz ont, et se ilz le voulloient faire, on leur diroit qu'ilz seroient esvergongniez, dont par ainssy ilz sont mocquiez et vont leurs besongnes comme vous voyez. Et semblablement est il dedens les bonnes villes des communiltez, car en elles, vrayement, ne sont plus telz gens que estoient fol. 23v les bons Fabrice ne Camille ne aussi Marco Regulo, et

1) soyent mengez et destruictz *B*. 2) le bien commun *B*. 3) Tulles respond et dit *B*.

quo fit, ut boni homines pauperes et inopes sint, quare fieri non potest, quin fenore comedantur et omnes pereant. Et si reficere debent domus eorum, ecclesias, muros, fossas, hospitia, horrea urbis aut domino aliquod donum dare, tum pauperes illi qui a fenatoribus comesi sunt non habent unde domino dent, quare pignoribus onerantur, comprehenduntur, in vincula coniciuntur, ubi manebunt, dum exsolverint. Vae tibi princeps! qui ita te geras, certe exspectare debes iram dei. Sed si dominus sapiens et bonus est, amat et defendit cives suos et commodum rei publicae, unde illi opulenti et divites sunt et dominus ab iis amatur et metuitur et libenter iis eorumque bonis in suum commodum utitur. Et sunt qui dicant omnium rerum quae supra commemoratae sunt difficillime hanc bene gubernari ideo, quod natura omnes ad honores ascendere cupiunt, ut sibi divitias parent et magni aestimentur et, quod peius est, quo quisque plus habet eo plura cupit, nisi forte amicus dei est; quo igitur modo princeps continere et defendere potest ea, quae ab omnibus tantopere amantur et desiderantur? Et nunc iam omnes tanta cupiditate flagrant quoquo modo iura uniuscuiusque usurpandi, ut non sit princeps qui eos continere possit nisi summo labore; huic respondet Tullus eos principes tales esse quales ab aliis adeo se gubernari patiantur, ut eos pudeat inspicere quid acceperint, quid expenderint, quid possideant. Sed si id inspicere vellent, diceretur eis verecundia eos carere; tali igitur modo ludibrio habentur et res eorum procedunt quo videtis. Et aeque res se habet in bonis urbibus communium administrationum, nam in iis profecto non iam sunt tales viri quales fuerunt bonus ille Fabricius aut Camillus aut Marcus

encores Lucio Valerio, Quintus[1], Sippio Cornelio ne Brutto[2], et tant d'aultres sy vaillans en armes et sy tres amans le bien de la chose publicque[3] que avant vauldrent en povreté vivre et en icelle morir que leurs consciences deshonnester. Et car gens de telles condicions ne sont plus ou tres peu[4], dont est tres forte chose a adresser ceulz qui de ces vices sont ferus, sy non par ceste seulle maniere, laquelle Tulles dist que me semble tres forte a telz princes voulloir executer, c'est assavoir que ilz soient avaricieux aux folles et excessives despences et larges aux choses neccessaires et raisonnables, et aux convenables choses ils soient attemprez, et les vaynes choses et deshonnestes vueillent abandonner. Et ce ainssy ilz le font eulx qui sont lez miroirs de tous, donnans[5] exemple a tous les aultres de faire comme eulx, et lors chascun se retraira par amours ou par crainte[6], et se aucun
l. 24r desordonné ne s'en retraioit, a cellui le[7] bon seigneur doit francement remonstrer que nul mal faire ne luy plaist. Dont par ainssy se garderont et croistreront leurs tresors et finances, et aussi feront ceulz de leurs hommes, dont leur seignourie flourira. Ou aultrement sachent tous que le impacience commune porte inreparable peril. Et cy donrray fin a mon VIIme grain de semence, pour venir au VIIIme, qui est le derrenier[8].

Le VIIIme chappiltre parle du VIIIme grain de semence, qui traitte des juridicions et libertez communes des seigneurs a leurs hommes, et des hommes a leurs seigneurs.

Tulles en le unziesme chappiltre de son dit livre
l. 24v dist que tous princes et seigneurs puent et doivent contraindre leurs subgez a les paier de leurs devoirs et rentes quelz qu'ilz soient par droiz ordonnez. Et aux subgez

---

1) Lucio Valerio, Quintus *B* Lucio ne Vallerius Quintus *A*
2) Pructo *AS* Proructo *B*. *Correx. Gustafsson BphW 1904 p. 1278.*
3) de leur commun *add. B* 4) au temps qui court *add. B*
5) donneront *B* 6) contrainte *B* 7) tout *B* 8) pour *venir — derrenier om. B*

Regulus, etiam Lucius Valerius, Quintus, Scipio Cornelius aut Brutus aliique multi manu tam fortes et commodi rei publicae tam amantes, ut mallent in paupertate vivere et mori quam conscientias suas inhonestare. Et profecto viri tanta virtute praediti nunc nulli vel perpauci sunt, quare eos qui his vitiis obruti sunt difficillimum est compellare, nisi forte ea sola ratione de qua Tullus dicit: 'mihi quidem talibus principibus difficillimum videtur eam adhibere velle, nempe avaros esse in expensis insanis et dissolutis et prodigos in rebus necessariis et iustis, et studere rebus honestis, omittere vana et turpia.' Et si ita agent illi qui sunt specula omnium, praebentes reliquis omnibus exemplum quod sequantur, sibi quisque temperabit aut amore aut metu commotus. Et si quis legibus spretis sibi non temperabit, ei bonus princeps libere ostendere debet nullum maleficium sibi placere. Ita se ipsi servabunt, et augebuntur aeraria et vectigalia itemque pecuniae eorum quos regunt, quo fiet, ut dominatio floreat. At aliter si agent, sciant ex voluntate adversa omnium exsistere periculum, quod refici non iam potest. Et hic finem faciam septimi mei grani seminis, ut transeam ad octavum, quod est ultimum.

Caput octavum loquitur de octavo seminis grano, quod est de iuris dictionibus et libertatibus domini erga cives et civium erga dominum communibus.

Tullus in capite undecimo libri sui quem diximus dicit omnes principes et dominos posse et debere cives suos adigere, ut hi ipsis ex impenso suo et reditu ea pendant, quae iure iussi sint. Cives vero monet, ut tributa pendant. Quod si fecerint, princeps debet eos

dist que les doivent paier. Et ce fait, le prince les doit maintenir et conserver en leurs previlleges, franchises et libertez, que eulz ou leurs predecesseurs par leurs services et bien fais ont acquestez, dont par ainssy porront dire et estre certains que ilz seront obeys et vrais seigneurs. Car entre toutes les escriptures que j'ay veu et les experiences de mes yeulx je treuve que a tout povoir chascun tend a garder son droit. Et quant il ne puelt et se voist efforcié, dieux scet ce qu'il en pensse et vouldroit, dont puis maintesfoiz font de choses deshonnestes et perilleuses, et pour ce que de bien vivre viennent les bienueillances[1], et des tors faiz[2] viennent les haynes, les guerres et les choses perilleuses[3], dont chascun n'est pas fol. 25r bien advisé. Et la seconde loy rommaine, dist Tulles, qui est que tout ainssy[4] que les subgez sont tenus au bien de leur seigneur, sont les seigneurs tenus au bien de leurs subgez, et les ungs pour les aultres presenter leurs corps a battaille et se disposer a morir. Et puis dist: 'Ha! quel honneur, quel merite et quelle loenge doit avoir le prince, qui par avarice et tyrannie[5] sur ses hommes ou par les causes que Tulles[6] a dictes que viennent souvent par desordonné conseil, pert lui et sa seignourie'. Et puis reprend et dist: 'Mais quant il advient que par occasion de aucun pechié ou dieu le vuelt pugnir[7], perdant en gardant ou deffendant dilligement, au regard de ce monde se perdre seroit a lui honneur fol. 25v glorieux. Car la premiere loy rommaine vuelt, ordonne et commande prendre les armes, et pour son droit, franchise et liberté combattre et disposer son corps a morir'.

---

1) viennent les honnestes amours, les acointances et les bienueillances *B* 2) et de mauluaisement vivre *B* 3) les haynes, les malvueillances, les guerres et autres choses perilleuses *B* 4) Et a ce propos Tulles deist que en la seconde loy rommaine que tout ainsi *B* 5) ou par deshonneste vie *add. B* 6) que Tulles a dictes *B* qu'il a dictes *A* 7) en conquerant ou deffendant dilligentement sa raisonnable seignourie Au regard de ce monde se perdre seroit *B*. *Utramque lectionem corruptam esse censet S*

tueri et servare iura privilegia libertates, quae ipsi cives vel eorum maiores meritis suis et bene factis adepti sunt: ita enim poterunt dicere et pro certo habere sibi oboeditum iri et se veros dominos futuros esse. Nam omnes quos inspexi libros et quidquid experientia oculorum didici, cognovi omnibus viribus iura sua quemque obtinere studere. Quod si non potest et se opprimi videt, deus scit, quid ille hac in re cogitet et velit, quare saepe res inhonestas et periculosas faciunt, et ut e bene vivendo nascitur benevolentia, ita ex male factis gignuntur odia bella pericula, ad quae omnes non bene parati sunt. Et secundam legem Romanam dicit Tullus esse eam, ut, sicut cives domini bono studere debent, ita principes civium saluti studeant, et alter pro altero pugnae se committere et mortem oppetere debeat. Et tum: 'Hercle, inquit, qualem honorem, quale meritum, qualem laudem assequitur is princeps, qui aut per avaritiam aut suam contra cives tyrannidem aut per aliam earum causarum, (quas saepe consilio rationis experti evenire Tullus dixit), se civesque perdit?' Et tum ad propositum redit et: 'Sin autem, inquit, princeps propter peccatum aliquod aut quod deus eum punire vult, in servanda aut defendenda diligenter civitate mortem occumbat, talis mors ei honori et gloriae erit apud homines. Nam prima lex Romana vult iubet imperat, ut omnes pro iure privilegio libertate arma capiant, pugnent, ad mortem obeundam parati sint'. Quarum

Doncques, le bon prince est bien tenu de y avoir regard, especialment quant ses hommes luy sont proudommes et sans meffait, doncques par ainssy se porra dire vray seigneur et sans peril au regard de eulz. Mais oultre ce est aux bons princes neccessaire chose pour les cuers[1] de leurs hommes, que ilz facent difference des bons aux malvais. Et lors les malvais devendront bons et les bons seront meilleurs. Et ce leur sera couronne de honneurs, d'amour et de sceureté. Aultrement sachent tous que beste[2] trop chargee oncques ne fist bonne journee.

Et cy fineront mes VIII grains de semence, priant au tres excellentíssime et souverain dieu que vous et tous aultres princes et seigneurs chrestiens qui seignouries avez a gouverner, que il vous adresse pour loyaument ac-
ol. 26r complir les VIII vertus cy dessus escriptes, par quoy puissiez estre de vos seignouries bien amez. Lesquelles choses encores sur brevité vueil reciter, dont la premiere chose est que vous doyez fermement maintenir justice avec attemprance de misericorde. La IIe chose est que de tout vestre cuer et dilligentement vous doyez desirer paix et donner lieu et place de l'avoir se par vous deffaloit[3]. La tierce chose est que vos subgez et toutes gens vous doyez ouyr, paciaument et benignement leur respondre et sans delay a tout le mains que vous pourrez les choses justement demandees consentir et accorder. La IIIIe chose est que vous doyez faire coulre seurement toutes marchandises par voz pais et seignouries. La Ve chose est que vous doyez garder et actempter[4] de non mettre nulles imposicions, subsides ne aultres afflictions[5] a vostre peuple, se tres grant besoing ne vous constraint, lequel avant leur devez signiffier. La VIe
ol. 26v chose est que vous doyez estre songneux que toutes voz seignouries soient habondantes de tous vivres et aultres choses neccessaires a humaine condicion. La VIIe est

1) pour flourir les cueurs *B* 2) tous princes qui ont *beste B* 3) se vous pouez *B* 4) accepter *B* 5) grans *add. B*

igitur rerum bonus princeps rationem habere debet, imprimis si ei cives prudentes et nullo maleficio obnoxii sunt, nam eo modo verum se principem nominare poterit et securum a suis. Praeterea autem bonis principibus ad conciliandos civium animos opus est secernere bonos a malis. Et tum mali fient boni et boni meliores erunt. Quod illis erit cumulus honorum amoris securitatis. Aliter experientur numquam animal nimis onustum laetum diem peregisse.

Et hic finem capient octo mea grana seminis, et ego precor excellentissimum et summum deum, ut vos et omnes alios principes et dominos, qui civitates gubernatis, adducat, ut iuste colatis octo has virtutes supra descriptas, quo a civibus vestris valde amati esse possitis. Quas res iam paucis verbis repetam. Prima igitur res est, ut firmiter exerceatis iustitiam misericordia temperatam. Secunda est, ut toto animo et diligenter pacem cupiatis et ut eius locum et facultatem pro vestra parte detis. Tertia est, ut cives vestros omnesque homines audire debeatis, iis amice et benigne respondeatis, nullo spatio intermisso ubicumque poteritis ea quidem quae iuste petiverint omni modo praebeatis et exsequamini. Quarta res est, ut prospiciatis, ut res venales tuto per regnum vestrum et dominationem traducantur. Quinta est, ut caveatis et vobis temperetis, ne tributa vectigalia neve alia stipendia populo imponatis, nisi magna necessitate coacti, quam antea iis indicare debetis. Sexta res est, ut provideatis, ut omnes civitates abundent omni frumento et aliis rebus conditioni humanae necessariis. Septima est, ut iuste sciatis continere et conservare

que vous doyez loyaument entendre a garder et conserver le bien de la chose publicque et l'acroistre se vous povez, c'est assavoir en trestoutes choses la pecune qui est et vient a vos hommes et subgés. La huitieme est que vous doyez par bon et seur[1] conseil garder vos franchises, vos droits a qui vous en vouldroit oster et semblablement garder celles de voz hommes et subjetz.

l. 27r Et icy fineront mes VIII grains de glorieuse semence, lesquelz je prie a nostre souverain et tout puissant dieu le saint esperit, dont toutes bonnes euvres prosedent, que vous doint la grace de les bien semer au bon jardin de vostre tresnoble cueur, par quoy ilz puissent de bien en mieulx flourir et porter fruit[2], et ainssy soit il de tous autres princes chrestiens, seigneurs et dames, qui seignouries ont a gouverner.

B. Ex libro qui inscribitur *La Salle.*

Antonius de la Sale Tulli de virtutibus commentarium non solum in libro suo qui inscriptus est *La Salade* laudavit, sed etiam in alio quodam qui inscribitur *La Salle* de mulierum fide disserens affert exemplum, quod se ex illo Tulli libro sumpsisse perhibet. Atque eius verba, quae Soederhjelmum (*Oefversigt* p. 7 adn. 1) auctorem secutus emitto, sunt haec:

Ainsi que Tulles en son livre *De virtutibus* et ou chappitre de continence met ung example de une femme qui tant amoit son mary, duquel son allayne tres merveilleusement puoit, si advint que une aultre, sa cousinne, lui dist: ‘Helasse, ma cousinne, comment pouez-vous la tres puante alayne de vostre mary souffrir?’ Alors elle, en soubzriant, luy dist: ‘Et comment, dit-elle, l'alayne des aultres hommes ne sont-elles pas ainsi?’

1) sain *B* 2) porter fruit *B* recueiller *A*

bonum rei publicae et quam plurimum augere, prae ceteris scilicet pecuniam, quae est et obtingit civibus vestris. Octava res est, ut bono et certo consilio defendatis libertates vestras et iura ab iis, qui vos illis privare volunt, et simili modo civium iura.

Et hic finem capient octo mea grana gloriosi seminis, et summum et omnipotentem deum sanctum spiritum, ex quo nobis omnia bona opera nascuntur, precor ut vobis det gratiam illa grana serendi in bonum hortum cordis vestri nobilissimi, quo possint in dies melius florere et fructus edere. Et eadem sit ratio in omnibus aliis principibus christianis et dynastis et dominis, qui res publicas gubernant.

Sicut Tullus in libro suo *De virtutibus* et in capite quod est de continentia profert exemplum mulieris, quae maritum suum cuius halitus mirum in modum foetebat tantopere amabat, ut cum forte amita eius diceret: 'Heus tu, amita, quomodo foetidam mariti tui animam tolerare potes?' ea subridens diceret: 'Quid, aliorum virorum halitus nonne tales sunt?'

II. Commentationes

§ 1

Quae adhuc de Ciceronis de virtutibus libro nota fuerint colliguntur.

Postquam tali modo Antonii de la Sale verba reddidimus, quoniam hic sententias suas in Tulli libro qui inscriptus sit *de virtutibus* se legisse affirmat, proximum est, ut quaeramus, sciamusne Tullium Ciceronem, quippe quem scriptor Francogallicus spectare videatur, composuisse de virtutibus commentarium? Atque talis liber re vera fuit, siquidem confidimus testibus illis antiquis, qui hunc libellum commemoraverunt, Charisio Hieronymo Augustino. Nam Charisius grammaticus, qui vixisse videtur exeunte saeculo p. Chr. n. quarto[1], vocem *neutiquam* promit ex hoc libro (I p. 208, 15 K.): *Cicero in commentario de virtutibus 'illud neutiquam probantes'*. Hieronymus vero Charisio aetate coniunctus Ciceronis de virtutibus librum commemorat in commentar. in Zachariam I 1 (VI p. 792 Vallars.), ubi dicit: *Ostenduntur ei* (sc. *Zachariae prophetae*) *a Domino quattuor virtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, de quibus plenissime in officiorum libris Tullius disputat, scribens proprium quoque de quattuor virtutibus librum.* Et Augustinus, qui eodem fere tempore florebat, inter eos qui de virtutibus egissent fuisse etiam Tullium dicit in libro suo qui est de trinitate XIV

---

1) *Si recte* coniecit Usener in mus. Rhen. XXIII 1868 p. 492.

11, 14 (Migne, Patrologia latina XLII p. 1047). Atque haec sunt eius verba: *Memoria praeteritorum est, non praesentium: nam quidam cum de virtutibus agerent, in quibus est etiam Tullius, in tria ista prudentiam diviserunt, memoriam, intelligentiam, providentiam: memoriam scilicet praeteritis, intelligentiam praesentibus, providentiam rebus tribuentes futuris.* Quae testimonia collecta sunt in Orelli et Baiteri editione IV 2 p. 492 et apud C. F. W. Muellerum IV 3 p. 340, ut reliquos omittam. Praeter hos autem quos attuli nemo veterum Ciceronis de virtutibus librum nominat. Quicumque igitur auctores veteris temporis hunc librum noverunt aut commemorant, quarto saeculo fuerunt. Neque posteriore aevo quemquam huius libri mentionem fecisse, praeter Antonium scilicet, inter omnes quoscumque vidi constat.

§ 2

Antonii additamenta a sententiis Tullianis secernuntur.

Agedum propius ad rem accedamus. Atque primum mihi exponendum esse videtur, quas partes operis quod supra edidimus Antonium ipsum composuisse et ex libro quo se usum esse dicat, qualiscumque iste liber fuit, eum non exscripsisse verisimile sit. Nam quamquam multa quae ille profert a scriptore Romano haud abhorreant neque desint sententiae, quarum vel Cicero auctor esse possit, cum et nomina virorum in re publica Romana excellentium afferantur et res tractentur, quas etiam in civitate Romana accidisse credibile est, tamen alia a nullo alio nisi a scriptore quarti vel quinti decimi saeculi scripta esse nemo sit qui neget. Antonium autem scriptore quodam antiquo, cui nomen Tulli erat, usum esse interim sumamus, quoniam adhuc non habemus, cur de hac re dubitemus, cum Antonius expressis verbis Tulli opus a se lectum esse dicat. Quod si fecerimus, quicumque accuratius Antonii verba contemplatus erit, scriptorem Francogalli-

cum illius libri sententiis suas immiscuisse et adiunxisse facile cognoscet. Proinde secernendae ac tollendae sunt partes illae, quas ab Antonio ipso compositas esse apparebit; quae relinquentur utrum veteri illi auctori vindicandae sunt necne, postea diiudicare conabimur. Sed omnia quae scriptor Francogallicus addidit ubique facile et subtiliter secerni posse cave putes, cum multis locis haud diiudicari possit certis argumentis, utrius verba sint. Etiam in sententias quae antiqui auctoris esse videntur Antonius singula verba inseruit. Certe autem ea ab Antonio originem ducunt, quibus insunt vestigia scripturae sanctae aut doctrinae christianae.

Saepe et semper fere initio singulorum Antonii granorum appellantur *princes seigneurs et dames*. Quae verba Antonius addidit. Initio autem totius operis pag. 2, vers. 9 (15, 5 S)[1] legimus *ie les comprens a VIII grains de semence.* Ea igitur quae inde usque ad 2, 19 (15, 14 S) de octo granis exponuntur Antonii esse verisimile est. Granis vero ut compararet res principi necessarias, auctor adductus esse videtur ex loco illo scripturae sanctae, ubi de grano sinapis Iesus loquitur, Ev. Matth. 13, 31 (cf. ibd. 13, 3. 8 et Proverbia Salom. 11, 18 *seminanti iustitiam*). Omnes igitur reliqui loci, ubi grana seminis commemorantur, v. c. 8, 33 sq. (17, 29 sq. S) 14, 9 sq. (19, 14 sq. S) alii, Antonii sunt.

Quae sequitur pars inde a 2, 20 usque ad 4, 13 (15, 15—30 S), cum hic Tullus auctor non laudetur et gratiae Dei (*grace de dieu* 4, 7; 15, 25 S) mentio fiat, Antonio deberi videtur. Deinde (4, 14 sqq.; 15, 31 sqq. S) Tullum auctorem quamquam scriptor Francogallicus sequitur, tamen voces *amour de dieu* 4, 22 (16, 5 S) a scriptore vetere alienae sunt. Quas ab Antonio interpositas esse puto, cum certe ea quae praecedunt et fortasse ea quae sequuntur ex Tullo excerpta sint. Iam venimus ad illa

1) Praeter numeros editionis meae uncis inclusos adieci numeros libelli a Soederhjelmo confecti, qui foras datus est in ephemeride quae inscribitur *Oefversigt* (p. 15 sqq.). V. praefat. p. IV.

quae 4, 27—6, 24 (16, 9—34 S) leguntur. Haec Antonius ipse sine dubio addit, quod demonstratur verbis 6, 7 (16, 20 S): *Mais pour revenir a mon propos.* Accedit, quod christiana laudantur. Quamquam concedendum est, pauca fortasse inesse, quae veteris auctoris sint. De Senecae loco ibi laudato itemque de Politicis (*Polliticques*) ab eo allatis infra (p. 64 sq.) nobis erit dicendum. Quodsi autem 6, 31 (16, 41 S) legimus *amy de dieu*, dubitari potest, utrum Antonius haec inseruerit an Tullus hic habuerit *dis amicus*, quod Antonius mutaverit. Idem paulo post 8, 5 (17, 5 S) se sua verba proferre dicit, sed ea quae illic leguntur etiam scriptoris antiqui esse possunt. Quare hanc partem ut incertam relinquamus. Cui parti quae subsequuntur, Tulli esse Antonius (8, 13; 17, 12 S) dicit. Et quamquam annominatio illa *misericorde* ~ *misere accorde* 8, 25 sq. (17, 22 sq. S) Francogallica potius quam latina est, tamen sententiae et quae praecedunt et quae sequuntur non ab antiquo scriptore abhorrent. Quapropter annominationem solam Antonii esse existimem.

Veniamus ad magnum illud caput, quod est de pace, 10, 1—14, 9 (17, 30—19, 14 S). Hic Tullus auctor non laudatur. Atque initium huius capitis (10, 1—20; 17, 30—18, 7 S) certe posterioris aevi est, quia mala urbis obsessae describuntur, quae tali modo scriptor antiquus, cui Roma urbs erat, vix enarraverit. Tum quae 10, 20—26 (18, 7—12 S) sequuntur, Antonius ipse dicit. Idem paulo infra 10, 30 (18, 16 S) loquitur. Urbium vero nomina, quae leguntur 12, 2 sqq. (18, 21 sqq. S) utrum Antonius addiderit an ex auctoris sui opere exscripserit, dubitari potest; de hac quaestione infra pluribus erit disserendum. Sed ea quae 12, 8—13 (18, 27—31 S) profert de periculis, in quibus regnum Franciae versatum sit, originem clamant. Item Antonius suas sententias profert 12, 24. 26. 31 (19, 1. 4. 7 S). Accedit, quod christiana attingit: 12, 29 sq. (19, 5 sq. S) *commandement de dieu.* Quae cum ita sint, sequitur, ut longe plurimae certe huius capitis sententiae Antonio sint tribuendae. Attamen cum similia de pace antiquos

quoque scriptores in quibus etiam Ciceronem scripsisse postea expositúri simus, Antonium fortasse suas sententias hic cum sententiis alterius coniunxisse concedimus.

Iam initium capitis quarti 18, 20 sq. (20, 38 sq. S) a scriptore Francogallico originem ducere verisimile est propter voces *les autenticques escriptures* et *les exemples de nos yeulx*. Tum in offensionem nostram cadunt verba *prient a dieu* 20, 14 (21, 20 S). Quare sententiae illae 20, 11—16 (21, 17—22 S) Antonii sunt.

In iis autem quae deinde sequuntur partibus, praeter libellum extremum, perpaucae sententiae scriptoris Francogallici esse videntur. Velut ubi de cura frumenti loquitur, 26, 6—14 (23, 19—26 S), ei locus ille scripturae sanctae ante oculos obversatus esse videtur, quo Iosephum regi Aegyptiorum consilium dedisse narratur, ut fertilibus annis frumentum colligendum curet, Genes. 41, 30 sqq., maxime 33 sq. Sed solas illas quas modo enumeravimus sententias inde originem ducere mihi persuasum est. Nam earum sententiarum, quae praecednnt et quae sequuntur, auctor Tullus laudatur. Praeterea in capite septimo aliquid offensionis habet, quod auctor loquitur 30, 4 (24, 32 S) de ecclesiis. Sed ut Antonium saepe singula verba inserere supra exposuimus, ita hic ecclesiae et similia quae sequuntur ab eo mea quidem sententia interposita sunt, atque sententiae inde a 30, 3 usque ad 30, 15 fere (24, 32—25, 2 S) ei sint tribuendae, cum ea pars, quae 30, 15 (25, 2 S) subsequitur, similis sit doctrinae antiquorum, quod infra p. 62 ostendemus. Item 34, 6 (26, 11 S) Antonius de sua experientia et de libris quibus ipse usus sit loqui videtur. Denique extremus libellus 36, 11 sqq. (27, 2 sqq. S) certe Antonii est, qui omnia paucis sed suis verbis complectitur.

Neque ego alibi Antonium passim pauca verba addidisse nego, sed ea, quae minoris momenti sint, interim neglegamus. Eae vero partes, quae sublatis omnibus iis sententiis quas enumeravimus relinquuntur, accuratius *nobis sunt* tractandae.

§ 3

De veterum nominibus et legibus apud Antonium laudatis.

Nunc de nominibus quae Antonius in ista libelli parte, quam se ex Tullo exscripsisse contendit, laudat nonnulla sunt dicenda. Atque primum legimus in capite quod est de pace 12, 2 sqq. (18, 21 sqq. S) complurium urbium nomina. Sed priusquam de his disseramus, cum nomen *Cayte* corruptum sit, quaerimus, quanam ratione id corrigamus. Cum agatur hic de urbibus quae bello aut dirutae sunt aut aliquid mali acceperunt, et cum continuo Athenae et Thebae, paulo autem ante Troia commemorentur, proximum est, ut de nescio qua urbe Graeciae aliquando deleta cogitemus. Atque hic aptissime nobis se obviam dat *Corinthus.* Nam illa urbs optime quadrat et ad viciniam ut ita dicam Athenarum Thebarum Troiae, et ad rem, cum ea anno a. Chr. n. 146 deleta sit. Accedit, quod satis facile intellegimus, quomodo nomen *Corinthe*, cum sic fere Antonius scripserit, depravaretur in *Cayte*[1]. Ita igitur emendanda sit illa lectio. Proinde postquam hanc mendam corrigere studuimus, de his urbibus agamus. Atque ut Troiam omittam Carthago eodem anno quo Corinthus, i. e. a. Chr. n. 146 deleta est, Thebae vero ex anno 335 dirutae erant, et quae de Athenis excisis dicuntur spectant ad urbem a Sulla a. 86 direptam. Sed de Roma funditus eversa (*finale destruction* l. l.) scriptorem ante quintum vel sextum p. Chr. n. saeculum cogitavisse non est putandum. Ergo aut de malis quibusdam quae Romae urbi acciderint, non de excisione loquitur sive Antonius sive eius auctor: tum quibus belli calamitatibus Roma affecta sit, mihi non opus est enumerare. Aut Antonium Romam urbem de suo

---

1) Saepe apud Antonium nomina propria quae dicuntur Romana legimus corrupta; vide quae afferat Soederhjelmus *Notes* p. 43 adn. 1 et p. 65 adn. 2.

addidisse accipiendum est, quod mihi minus probabile videtur[1]. Atque haec quidem hactenus.

Venio ad Pegasum, quem mansuetudinem principum apud omnes celebraturum esse scriptor 14, 25 (19, 27 S) dicit. Hunc ab Antonio originem ducere verisimile est. Nam quamquam apud Ciceronem pro Quinct. 80 nuntii celeres Pegaso comparantur et similis videtur locus quidam Catulli 55, 24 (*non si Pegaseo ferar volatu*), tamen *virtutes Persarum et Hectoris* Antonii aevum redolere mihi quidem videntur. Adde quod Soederhjelmus *Notes* p. 98 hoc nomen ab Antonio in alio opere per similem verborum conformationem laudatum esse nos docet. Unde quamquam Pegasum Antonii esse certis argumentis confici non potest, tamen propius ad verum accedamus censentes sententiam ab illo etiam in opere quod non ex Tullo pendet prolatam Antonii potius esse quam Tulli.

Iam cum de Marcello agimus, habemus ubi consistamus. Dicit Antonius 20, 27 (21, 30 S) a Tullo tradi Marcello aliquid mali, cum populo tributum imponeret, accidisse. Cui vero hic non in mentem venit praeclarissimi illius Marcelli qui anno a. Chr. n. 212 Syracusas expugnavit? Et iure quidem. Legimus enim de illo apud Livium plura, quorum nostra interest, XXVI 35: *Scripto exercitu de remigum supplemento agi coeptum; in quam rem cum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur stipendiumque acciperent, pecuniae quicquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati*[2] *ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit, ut magis*[3] *dux quam materia seditioni deesset: secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sumpsisse. Per tot annos tributa exhaustos nihil reliqui praeter terram nudam ac vastam habere. Tecta hostes incendisse, servos agri cultores rem publicam ab-*

---

1) At v. quae dicat Soederhjelmus *Notes* p. 16 sq. 2) privati *Froben. 1531* privatim *P(uteanus)* 3) magis *editores* mage *P*

duxisse, nunc ad militiam parvo aere emendo, nunc remiges imperando. Si quid cui argenti aerisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum . . . Haec non in occulto, sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant, nec eos sedare consules nunc castigando, nunc consolando poterant. Consules vero eius anni erant M. Claudius Marcellus et M. Valerius Laevinus (Liv. XXVI 22, 13). Et pecunia qua opus erat postea ita parata est, ut consulibus auctoribus primus ordo senatorius omne suum aes in publicum conferret; quo exemplo dato multitudo senatores secuta pecuniam suam attulit (ibd. XXVI 36). Eandem rem paucis refert Festus s. v. *tributorum conlationem* 364 M, 556, 14 Thewr.[1] Quod accidit anno u. c. 544 (a. Chr. n. 210), vide Fastos ad hunc annum servatos CIL I² p. 140. Quae hoc loco memoriae produntur, optime ad illud Antonii *trop desordonnement grever leur peuple* 20, 23 (21, 28 S) quadrare quis est quin intellegat? Sed etiam aliud quod lucrum nobis obtingit, cum comperimus, quidnam ille *Brunlaventinus* sibi velit. Nam cum apud Livium una cum Marcello Laevinum consulem fuisse invenerimus, illud nescio quid nominis, quod Antonius laudat, ex Laevino corruptum esse liquido apparet, praesertim cum etiam apud scriptorem Francogallicum iste *Brunlaventinus* cum Marcello coniunctus exsistat[2].

---

1) Etiam Orosius IV 17, 13 inspiciatur. 2) Quomodo mendum fortasse ortum sit, Ricardus Wuensch coniectura enucleare conatus est. Scriptori, sive Antonius fuit sive is qui scripsit librum, quo Antonius utebatur, in vicem nominis illius paene ignoti *Laevini* in memoriam venerunt nomina notiora, verbi gratia *Aventinus* mons (liceat hic addere Antonium Romae versatum esse teste Soederhjelmo *Notes* p. 16): quo factum sit, ut efficeretur *Laventinus*. Fortasse ex correctura *lauin* addita neque recte intellecta illud *brun* accessit, qua ratione ortum est illud nomen *Brunlaventinus*. Aliter hoc nomen correxit vir doctus A. Jeanroy, qui in ephemeride quae inscribitur *Romania* XXXV 1906 p. 486 illud esse nomen *Brunetto Latini* censuit. Sed cum plura non attulerit, equidem coniecturam eius recipere non possum.

Quibus prolatis meum est, quoniam de Cicerone agimus, inquirere, et ita semper acturus sum, ubinam Tullius in operibus suis eos viros, quos apud Antonium legimus, commemoret, quatenus hoc nostra intersit. Atque M. Marcellum Cicero saepe laudavit[1], sed nusquam huius rei mentionem fecit. M. autem Valerium Laevinum semel commemoravit Tullius or. in C. Verrem III 125, neque tamen hoc factum attingit.

Nunc de *Torqueo* 20, 30 (21, 33 S) pauca dicamus. Hunc *Torqueum* Antonius, cum is, ut Scipionem in Africam mitteret, populo subsidia imperavisset, per viginti quattuor dies a populo obsessum et in Capitolio prehensum esse narrat. Torqueus tamen nomen Romanum non est; si circumspicimus, proxima coniectura erit ut sumamus, e Torquato nomen corruptum esse. Sed mihi quamvis quaerenti nusquam in historia Romana talis res se obviam dedit[2]. Satis autem ad eum, quem Antonius indicare velle videtur, quadrat T. Manlius Torquatus, qui anno a. u. c. 546 (a. Chr. n. 208) dictator comitiorum ludorumque faciendorum causa dictus est (Liv. XXVII 33). Quod si verum est, sequitur, ut Scipio, propter quem tributum impositum est, sit P. Cornelius Scipio Africanus maior et ut illa res, cuius hic mentio fit, anno a. u. c. 549 (a. Chr. n. 205) acciderit. Ac nescio an testimonio sit, quod secundum Livium XXVII 41, 11 Q. Fabius Maximus duos diversos exercitus, in Italia et in Africa, alere aerarium non posse in senatu dixit[3]. Accedit, quod ex eo, quod idem Fabius Plutarcho[4] teste impedivit, ne Scipioni pecunia scil. ex aerario daretur, in pecunia a privatis comparanda perturbationem motam esse fortasse concludere licet. Hoc vero pro certo dici potest Livium et Plutarchum satis

---

1) Inspicias Onomasticon Tullianum quod curaverunt Orellius et Baiterus, vol. II (Cicero ed. Orellius vol. VII) p. 156 s. v. M. Claudius M. F. Marcellus. 2) Facio cum Ricardo Wuensch *Zeitschr. f. franz. Spr. u. Litt.* XXVIII 1905 p. 45. 3) V. etiam Liv. XXVIII 46, 4: *Pecunia ad bellum deerat.* 4) Plut. Fab. Max. XXV: *Χρήματα δοθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ εἴασε. Χρήματα μὲν οὖν Σκηπίων ἑαυτῷ πορίζειν ἀναγκαζόμενος κτλ.*

graves testes esse, tum angustias pecuniae Romae fuisse. Et quamquam Cicero huius rei nusquam mentionem facit neque omnino apud rerum Romanarum scriptores hoc factum commemoratur, tamen Antonium hoc finxisse putandum non est, quia non intellegimus, qui factum sit, ut scriptor Francogallicus hoc tempore et Torquato potissimum illud accidisse comminisceretur. Et quamvis valde miremur nos de obsessione illa viginti quattuor dierum a nullo certiores fieri, tamen quaerendum est: quidnam sciremus de Clodii temeritate, nisi haberemus Ciceronis epistulas?[1]

Deinde dicatur de Metello et *Fabiano* 28, 10 (24, 10 S), qui 'perdiderunt amorem populi et honore deiecti sunt propter frumenti caritatem Romae exortam'. Atque de Fabiano quodam vix cogitari potest, cum hoc nomen temporibus liberae rei publicae non in praeclaris numeretur, immo depravatum est ex Fabio, ut videtur.[2] Et cum paulo post Pompei ab Antonio mentio fiat, liceat hos duos viros non ita longo temporis spatio a Pompeio distantes quaerere. Hic autem admonemus, quod nuper exposuit Fridericus Muenzer in Hermae vol. XL 1905 p. 95 sqq. Anno enim a. u. c. 697 (a. Chr. n. 57) propter annonae caritatem motus Romae exstitisse iam antea compertum habebamus e Dione Cassio XXXIX 9: *Κατῆλθέ τε οὖν ὁ Κικέρων, καὶ χάριν τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ παρασχόντων αὐτῷ τῶν ὑπάτων καὶ κατὰ τὸ συνέδριον καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἔγνω. τῷ τε Πομπηίῳ τὴν ἔχθραν τὴν ἐπὶ τῇ φυγῇ μεθεὶς συνηλλάγη καὶ τήν γε εὐεργεσίαν*

1) Tali ratione haesitationes tolli posse putem. De Scipione Aemiliano ideo non cogitari potest, quod ex anno a. u. c. 586 (168 a. Chr. n.) tributum non iam imponebatur (Cic. de off. II 76; Plut. Aemil. Paul. 38. Marquardt *Roem. Staatsverwaltung* II² p. 177 sq.). 2) Ut viri, qui libera re publica florebat, nobis in mentem veniat, proximum est, quia reliqua exempla ex eodem tempore desumpta sunt. Ceterum nescio an adiectivum quod vocatur a Fabiorum nomine derivatum *Fabianus* cum aliquo substantivo coniunctum lectum sit in textu quem exscripsit Antonius. Vide etiam supra p. 45 adn. 1.

παραχρῆμα ἀπέδωκε· λιμοῦ γὰρ ἐν τῇ πόλει ἰσχυροῦ γενομένου, καὶ τοῦ ὁμίλου παντὸς ἔς τε τὸ θέατρον, οἵῳ γε δὴ καὶ τότε ἔτι θεάτρῳ ἐς τὰς πανηγύρεις ἐχρῶντο, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐπὶ τοὺς βουλευτὰς συνεδρεύοντας ἐσπηδήσαντος καὶ τοτὲ μὲν ἐν χερσὶν αὐτοὺς ἀποσφάξειν τοτὲ δὲ καὶ καταπρήσειν σὺν αὐτοῖς τοῖς ναοῖς ἀπειλοῦντος, ἔπεισέ σφας ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου τὸν Πομπήιον προχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴν αὐτῷ ἀνθυπάτου καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἔξω ἐπὶ πέντε ἔτη δοῦναι. καὶ ὁ μέν, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς καταποντισταῖς πρότερον, οὕτω καὶ τότε ἐπὶ τῷ σίτῳ[1] πάσης αὖθις τῆς οἰκουμένης τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις τότε οὔσης ἄρξειν ἔμελλε. V. etiam Cic. ad Att. IV 1, 6; de domo 11. 14 sq. 17. 25; Mommsen RG III[7] p. 316. — Nunc vero Fridericus Muenzer l. l. demonstravit eo anno aediles curules fuisse Q. Fabium Maximum et Q. Metellum Pium Scipionem. Et cum curam annonae ad aedilium officium pertinere inter omnes constet[2], verisimile est, si tum propter frumenti caritatem perturbatio Romae orta est, populum iratum fuisse contra aediles. Cui cum accedat, quod Pompeio cura rei frumentariae tum senatus consulto mandata est[3], propter annonae caritatem cura rei frumentariae adempta aedilium auctoritatem diminutam esse nobis conficere licet. Habes igitur illud *ilz perdirent l'amour du peuple et furent destruis par la chiereté a Romme survenue*[4]. — Hos duos viros Cicero quoque saepe laudat[5], sed illum casum nusquam narrat, quamquam narrare potuit, cum ipse aliquam partem huius rei attigisset. Neque hoc putandum est Antonium commentum esse.

---

1) σίτῳ inseruit Reiske. 2) Mommsen *Roem. Staatsrecht* II 1[2] p. 491 sq. 3) Dio C. l. l., Cic. ad. Q. fr. II 5, 1 alii. Recentiorum videas Mommsenum *RG* III[7] p. 316 sq. 4) Quae supra exposita invenisti, ipse Muenzer per litteras benignissime mecum communicavit. 5) V. Onomasticon Tullianum II p. 105. Drumann-Groebe *Geschichte Roms* II p. 36 sqq. De Fabio v. Muenzerum in Pauly-Wissowa *Realencyclopaedie* sub '*Fabius 109*'.

Ad Caesarem et Pompeium transeamus. Breviter velim memineris, quid de his afferat Antonius 28, 13 (24, 13 S): 'Cum Caesar adveniret, populus Pompeium propter frumenti caritatem reliquit et a Caesare stabat, quod statim frumenti maximam copiam e Campania et Sardinia conferendam curaret.' Ut expressis verbis nullus scriptor Romanus propter frumenti inopiam cives a Pompeio descivisse tradit, ita non praetereundum mihi esse puto Ciceronem ad Atticum IX 9, 2 de classi quam Pompeius coegisset scripsisse: *Omnis haec classis ad intercludendos commeatus Italiae et ad occupandas frumentarias provincias comparatur.* Et re vera tum Romae difficultatem annonae fuisse nemo non intelleget, qui animum attenderit ad ea quae de Caesare frumentum urbi providente memoriae produntur. Et imprimis adeas Lucanum qui de Caesare dicit III 52:

Tum pectore curas
expulit armorum pacique intentus agebat
quoque modo vanos populi conciret amores
gnarus et irarum causas et summa favoris
annona momenta trahi. Namque adserit urbes
sola fames, emiturque metus, cum segne potentes
volgus alunt; nescit plebes ieiuna timere.
Curio Sicanias transcendere iussus in urbes[1],

Bellaque Sardoas etiam sparguntur in oras.
Utraque frugiferis est insula nobilis arvis;
nec prius Hesperiam longinquis messibus ullae
nec Romana magis complerunt horrea terrae.

Praeterea vide Dionem Cassium XLI 16: *σῖτον ἐκ τῶν νήσων μετεπέμψατο (ὁ Καῖσαρ)*, Caes. bell. civ. I 31, Appian. bell. civ. II 41, Flor. II 13, 22. Et quamquam Campania ab illis non affertur, tamen non dubito, quin verum sit quod Antonius l. l. attigit. Nam ex eo, quod

1) auras *h. e.* oras *Usener.*

Cicero de leg. agr. II 80 laudat agri Campani bonitatem, *quod sit fundus pulcherrimus populi Romani, caput pecuniae, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solacium annonae*, Campaniam interdum rem frumentariam expedivisse discimus. Itaque etiam tum frumentum inde Romam collatum esse non sine veritatis specie contendere possumus.

Reliqua denique nomina, quae 30, 34 sqq. (25, 18 sqq. S) laudantur, uno tenore percurramus. Fabricius est praeclarus ille Pyrrhi victor, cui Iusto cognomen erat[1]. Camillus autem vixit ineunte saeculo a. Chr. n. IV (Liv. V 18 sqq., Plutarch. Camill.). Marcus Regulus primo bello Punico fuit[2]. Quodsi Lucius Valerius in viris praestantibus numeratur, puto agi de Lucio Valerio Potito, cuius mentio fit a Cicerone, qui de re p. II 54 *hominem popularem* eum appellat, *cum sanxerit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur*. Similia dicuntur etiam Brut. 54. Qui consul fuit a. u. c. 305 (449 a. Chr. n.). *Quintus* praeterea clarus habetur. Quod nomen corruptum esse puto ex Quinctio, Cincinnatum dico, de cuius abstinentia v. Liv. III 26, Dionys. Halic. Ant. Rom. X 24 alios. A Cicerone autem laudatur compluries, Cato de sen. 56, de re p. II 63, de fin. II 12. Et Scipio Cornelius is fuerit, qui etiam in Ciceronis de re publica libris disserens inducitur de optimo statu rei publicae, Publius Cornelius Scipio Africanus Aemilianus. Brutus igitur ultimus restat. Quod nomen a viro docto Gustafsson ex lectione corrupta recte mea quidem sententia emendatum esse iam supra p. 32 adn. 2 commemoravi. Is est Iunius Brutus qui reges Roma expulit. Apud Ciceronem saepe nobis occurrit, Phil. II 26, X 15, de off. III 40 alibi. Simillimus autem est locus Ciceronis pro Sest. 143, ubi una cum Camillis Fabriciis Scipionibus Bruti exemplaria nobis proponuntur. Praeterea talem seriem virorum in re

---

1) Onomasticon Tullianum II 248. 2) V. Onomasticon *Tullianum II 86 s. v.* Attilius. Imprimis inspicias de off. I 39.

publica Romana excellentium Cicero protulit pro Cael. 39 (Fabricii Camilli Curii); de or. II 290; III 56.

Sed ut omnia expediamus quae ex Tullo sumpta esse testatur Antonius, sequatur illa lex secunda Romana[1], quae sit (34, 14; 26, 18 S): 'Sicut cives commodo domini studere debent, ita principes civium saluti studeant, et alter pro altero vel pugnae se committere et mortem oppetere debet.' Equidem de clientela cogitandum esse puto. Nam cum patronos saluti clientium studere debuisse ex Dionysio Halicarn. scimus, qui Ant. Rom. II 10 *τοὺς πατρικίους* inquit *ἔδει παρόντων (τῶν ἑαυτῶν πελατῶν) καὶ μὴ παρόντων τὸν αὐτὸν ἐπιμελεῖσθαι τρόπον ἅπαντα πράττοντας ὅσα περὶ παίδων πράττουσι πατέρες· ὡς δ' ὀλίγα περὶ πολλῶν ἄν τις εἴποι, πᾶσαν αὐτοῖς εἰρήνην τῶν δ' ἰδίων καὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων ὡς μάλιστ' ἐδύναντο παρέχειν*, tum clientes simul cum patronis et pro patronis suis ad bellum profectos esse saepenumero audimus.[2] Adde quod penes patronum erat vitae necisque potestas.[3] Quae cum ita essent, facile aliquis legem ex iis quae in usum recepta erant confectam in principum erga cives officia transferre potuit. Prima autem lex Romana apud Tullum Antonio auctore 34, 27 (26, 29 S) erat haec: 'Omnes pro iure et libertate arma capere, pugnare, ad mortem obeundam parati esse debent.' Quam legem ut intellegamus, conferenda nobis sunt similia praecepta atque illud Ciceronis de legg. III 8: *Salus populi suprema lex esto (iis qui rem publicam administrant).* Ea enim lex est, quae a Graecis *ἄγραφος νόμος* vocatur, similisque est illi quam Cicero pro Milone 10 affert: *Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus accepimus legimus, verum ex natura ipsa arripuimus hausimus expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in*

---

1) Quae viro docto Gustafsson dubitationem, num Antonio fides sit habenda, attulit, v. quae dixerit *BphW* 1904 p. 1277.
2) Dionys. Halic. Ant. Rom. VI 47; 63; VII 19; IX 15; X 43.
3) Mommsen *Roem. Forsch.* I p. 369 et adn. 26.

vim et in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. ... persapienter et quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi. Tali igitur modo illam legem intellegendam esse puto.[1]

Quibus expositis breviter velim mecum animo perlustres, quae adhuc effecta sint. Pauca nobis ut incerta mittenda erant; ex iis autem quae relinquebantur permultas res Romanas ab Antonio laudari cognovimus, quas ita accidisse rerum Romanarum scriptores testantur. Quibus Antonius aut Tullus Antonii auctor multa in singulis rebus addidit, quae ficta esse minime videntur, ita ut ab illo scriptorem quendam, quem nos non habemus, lectum esse iam iam liceat opinari. Et cum omnia illa ante Iulium Caesarem aut eius aevo facta sint, nullum vero afferatur exemplum quod Caesarum Imperatorum Romanorum tempore accidit neque reges aut principes christiani laudentur, illum auctorem quem se exscribere Antonius contendit exeunte libera re publica Romana fuisse concludendum est.

§ 4

Vestigia doctrinae Stoicorum inveniri ostenditur.

Si Pompei et Caesaris temporibus auctor Romanus scribebat de virtutibus, ad Graecorum exemplaria necessario ducebatur. Itaque nunc quaeramus, nonne apud Antonium reperiantur vestigia philosophiae Graecae. Et cum de virtute prae ceteris philosophorum Graecorum sectis egerint Stoici, imprimis adeamus Stoicorum fragmenta quae collegit J. ab Arnim (I—III *Lipsiae* 1903—05).

Ac primum quidem rem in universum tractemus. Cum in altero Antonii libro 6, 11 sqq. (16, 23 sqq. S) iustitia

1) V. Hirzel, *Ἄγραφος νόμος, Abhandlungen der saechs. Ges. der Wissensch.* XLVII 1903 Nr. 1 p. 26.

laudibus efferatur, in altero 38, 16 (7 adn. 1 S) de continentia disseratur, auctor ille quo usus est Antonius, ut omnino aliquo usus sit, duas certe novit virtutes, quas veteres[1] numero quattuor cardinales esse voluerunt. Quod cum ita sit, Antonii auctori ne reliquas quidem duas ignotas fuisse sumamus. Quas virtutes et Stoici docebant, cum Zeno (I n. 200 Arn.), tum Chrysippus, qui dicit III 262 Arn.: *φρόνησιν εἶναι ἐπιστήμην ὧν ποιητέον καὶ οὐ ποιητέον καὶ οὐδετέρων· σωφροσύνην δ' εἶναι ἐπιστήμην αἱρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων· δικαιοσύνην δὲ ἐπιστήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ· ἀνδρείαν δὲ ἐπιστήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων.* Adde quae ibd. 263 sqq. leguntur.[2] Praeterea cum apud Antonium eae praecipue virtutes laudentur, quibus principi opus sit, quaerimus, Stoici nonne de virtutibus quae deceant principem cogitaverint. Et eos revera de virtute quae in gubernanda re publica cernitur disseruisse cognoscitur ex doctrinae eorum fragmentis. Chrysippi enim est sententia haec III 267 Arn.: *βασιλικὴ δὲ ἐμπειρία τοῦ ἄρχειν πλήθους ἀνυπευθύνως* et potissimum *πολιτικὴ δὲ ἕξις θεωρητικὴ ⟨καὶ πρακτικὴ⟩*[3] *τῶν πόλει συμφερόντων.*[4] Addamus testem Ciceronem, qui de legg. III 13 sq. Panaetium Stoicum uberius de re publica, de magistratibus similiter egisse dicit.[5]

Iam ad singula transeamus. In initio Antoniani libelli 6, 24 sqq. (16, 34 sqq. S) de iustitia multa verba fiunt. Quomodo illa a Stoicis definita sit, supra exscripsi: *δικαιοσύνην ἐπιστήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ* esse putabant.[6] Hisce cum verbis conferas Antonii ex

---

1) Inde a Socrate ut videtur, Zeller *Philos. der Griechen* II 1⁴ p. 145. 2) Diog. Laert. VII 92; Zeller III 1³ p. 239 sqq. Nostra magis interest demonstrare omnino Stoicos talia docuisse quam singulos sententiarum auctores nominatim proferre. 3) *καὶ πρακτικὴ* add. Schuchardt. 4) Adde Zellerum III 611 sqq., 620 sqq.; Dyroff *Die Ethik der alten Stoa* (*Berliner Studien f. klass. Philol. u. Archaeologie N. F.* II 1897) p. 231 sqq. 5) Bonhoeffer *Ethik des Stoikers Epictet* p. 93 sqq., 118 adn. 64. 6) Chrys. III 262, 332 Arn.

Tullo desumpta verba 6, 26 (16, 36 S): *Iustice en cuer est avoir ferme et constante voullenté que chascun ait raisonnablement ce que a luy appartient.* Vides, quantopere sententiae paene dixi verbo tenus inter se congruant. Quodsi autem duo genera iustitiae Tullum suum distinguere Antonius 6, 24 (16, 35 S) dicit, ea distinctio non invenitur apud veteres Stoicos, nisi verba θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ ἕξις eo referre vis, invenitur autem apud Panaetium, insignissimum illum ex iis Stoicis, quos medios utpote inferiores aetate appellare consuevimus.[1] Legimus enim apud Diog. L. VII 92: *Παναίτιος μὲν οὖν δύο φησὶν ἀρετάς, θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν.* Collatis Antonii l. l. vocibus *deux manieres de justice dont l'une est justice en cuer et l'autre est justice en execucion* credas Panaetium ab Antonio in linguam Francogallicam esse conversum. Praeterea iustitiam esse reginam omnium virtutum docet Antonii auctor 6, 11 (16, 23 S). Iustitiam summam virtutem esse complurium philosophorum sententia est. Nam ita definitur ea a Platone[2], et haec sunt Aristotelis verba Eth. Nicom. V 3 p. 1129b 27: *καὶ πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη, καὶ οὔθ' ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω θαυμαστός.*[3] Apud Stoicos autem hanc virtutem item ceteris praeferri raro invenimus, quoniam illi φρονήσει primum locum attribuerunt.[4] Tamen dubito, an haec Stoicorum aetate inferiorum doctrina fuerit, quos ex Aristotele et Platone haud pauca sibi sumpsisse constat. Quod in Panaetio quidem certissimum est.[5] Postulatur id quoque 6, 12; 8, 13 (16, 24; 17, 12 S), ut iustitiae adiungatur misericordia. Qua de virtute uberrime Stoicorum doctrinam secutus disputavit Seneca in commentario qui de clementia inscribitur, ubi II 4 sq. sapientem in puniendo clementia uti exponitur; vide ibd. I 3: *Nullum*

---

1) Schmekel *Die Philosophie der mittleren Stoa.* 2) Ne longus sim, lectorem revoco ad Zelleri librum II 1⁴ p. 884 sqq. 3) Zeller II 2³ p. 640 sq. 4) Conferas tamen quae dicat Dyroff l. l. p. 82 adn. 5, p. 83 adn. 1. 5) Cic. de fin. IV 79; Tuscul. I 79; *Zeller III 1³ p. 560*; Schmekel p. 371.

clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet. Quam doctrinam, quae per se oriri debebat, ubi de principum officiis cogitare philosophi incipiebant, Stoicorum qui iam multo ante Senecam fuerunt esse fortasse arbitrari licet. Quodsi autem eodem auctore II 5, 2 Stoici clementiam probaverunt, misericordiam respuerunt, conferendum est, quod Tullus 8, 23 (17, 20 S) nimiam miserationem funditus repudiat.[1]

Veniamus ad affabilitatem, de qua Tullus 14, 13 (19, 17 S) fusius loquitur. De hac Stoici quos quidem noverim nihil dicunt. Sed quoniam etiam de suavitate (*doulceur*) disputatur, benignitatis definitionem profero Stoicam ex Hieronymo desumptam III 291 Arn.: *Benignitatem Stoici ita definiunt: benignitas est virtus sponte ad bene faciendum exposita.*[2]

Pauca nunc restant. Omnes homines fratres esse Tullum dixisse legimus 22, 23 (22, 17 S). Et Stoici mundum esse communem patriam omnium censuerunt, quod cognoscis ex fragmentis doctrinae eorum III 335 sqq. Arn.[3] Quodsi Antonii auctor 24, 24 (23, 7 S) hortatur, ut res publicas gubernantes victui consulant, Stoici, ut iam supra exposuimus, docuerunt virtutem colendam esse oeconomicam et politicam (III 267 Arn.). Denique compluries in Antonii libro monetur princeps, ut sapiens sit. Atque hi sunt loci potiores: 4, 23 (16, 5 S) *cognoissance de eulz meismes* (γνῶθι σεαυτόν); 6, 9 (16, 22 S) *portes de enttendement*; 26, 5 (23, 18 S) *en eulz doit estre souveraine prudence*; 28, 4 (24, 5 S) *conseil et sens pour povoir bien gouverner.* Quibus cum sententiis aliquatenus

---

1) *misericorde* igitur idem fere sit atque clementia, *compassion* autem conveniat cum repudianda illa misericordia. V. etiam quae dicat Schmekel p. 363 et Zeller III 1³ p. 234 adn. 8. 2) Paululum ad nos refert, quod M. Aurelius Stoicus similia praecepta atque Antonii auctor (19, 22 S) dat Comm. I 9: τὸ πρὸς πάντας εὐάρμοστον, I 16 τὸ ἀκουστικὸν τῶν ἐχόντων τι κοινωφελὲς εἰσφέρειν, ibd. τὸ εὐόμιλον. 3) Zeller III 1 p. 298 sqq., Schmekel p. 361 sq., Bonhoeffer p. 93; 118 adn. 66.

congruit Stoicorum dictum sapientem solum regere scire III 611 sqq. Arn., inter quae v. c. legitur 620 *μόνον τὸν σοφὸν βασιλέα*.

Ex his quae adhuc exposui, in plurimis neque ita parvis libri Antoniani partibus vestigia doctrinae Stoicae inveniri intellegitur. Vides ergo quae habeamus: Antonius scriptorem, Romanum videlicet, quia Romana semper exempla profert, qui Stoicos sequebatur, legisse videtur. Romanorum autem, qui Stoicam doctrinam confitentur, clarissimi sunt Cicero et Seneca. Atque ut Seneca ab Antonio semel 4, 28 (16, 10 S) laudatur, ita cur fieri non potuit, ut Cicerone Antonius uteretur, et cum *Tulles* persimilis sit nomini Tulli Ciceronis et cum omnia exempla ex historia Romana deprompta ante Caesaris et Pompei bellum fuerint? Quare nunc accuratius quaesturi sumus, fueritne forsitan Cicero Antonii auctor.

§ 5

Antonium Cicerone auctore usum esse demonstratur.

A) Consentiunt Antonii dicta cum sententiis Tullianis.

Expeditis eis quae absolvimus sequitur, ut eas, quas Antonius ex Tullo suo affert sententias cum sententiis Ciceronis nobis traditis convenire quam plurimis exemplis adhibitis demonstremus, quod mirum paene in modum fieri posse videbimus. Atque sententias Antonianis maxime simillimas legimus in Tullii libris de officiis et de re publica conscriptis. In quibus Ciceronem saepe secum reputavisse de optimo principe et de eo plurima scripsisse vel ex eo apparet, quod operis quod erat de re publica librum quintum, et, si editores testes sequimur[1], maximam partem libri sexti in

1) Imprimis C.F.W. Muelleri editionis vol. IV 2 p. 360 sqq.; 365 sqq.; apud Baiterum et Kayserum vol. VIII 230; 235. In *sequentibus* Muelleri adhibeo editionem.

formanda perfecta imagine optimi rei publicae rectoris consumpsit. Ita lib. VI frgm. 1 agitur de prudentia rectoris; ibidem postulatur, ut sapiens sit et iustus et temperans rector rei publicae (IV 2 p. 366 M). Etiam permulta, quae in reliquis Ciceronis libris leguntur, Antonii sententiis, quas ex Tullo profert, consentanea sunt. Ita conferas Ciceronis verba de re p. II 51: *Bonus et sapiens et peritus utilitatis dignitatisque civilis quasi tutor et procurator rei publicae; sic enim appelletur, quicumque erit rector et gubernator civitatis.* Similia idem habet de off. I 85. Laudatur etiam saepe rex aequus et iustus, ut de re p. II 47: *Regem illum volunt esse, qui consulit ut parens populo conservatque eos, quibus est praepositus, quam optima in condicione vivendi.* Etiam ea fortasse conferre licet, quae ibd. II 35 de Tarquinio Prisco dicuntur: *Erat in eo summa comitas, summa in omnis civis opis, auxilii, defensionis, largiendi etiam benignitas.* Atque haec quidem de principe.

Iam quod de quattuor, ut videtur[1], virtutibus Antonii de la Sale auctor disputabat, Ciceronem quoque quattuor virtutes accepisse legimus de invent. II 159 sqq. Quae expressis verbis laudantur de off. I 152, ubi sunt *cognitio* vel prudentia, *communitas* vel iustitia, *magnanimitas* vel fortitudo, *moderatio* vel continentia; eadem distinctio quattuor virtutum l. l. I 15 subest, ubi legitur: *Omne, quod est honestum, id quattuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur, aut in hominum societate tuenda tribuendoque suum cuique et rerum contractarum fide, aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore, aut in omnium, quae fiunt quaeque dicuntur, ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia.* His igitur locis cognitio vel prudentia summa virtus habetur. Omnibus autem in iis rebus, quae pertinent ad societatem generis humani, iustitiae primum locum a Cicerone attribui cognoscas ex his eius

1) V. supra p. 55.

verbis de off. I 157: *Nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et ieiuna videatur, itemque magnitudo animi, remota communitate coniunctioneque humana, feritas sit quaedam et immanitas. Ita fit ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas.* Et ibd. I 155: *Intellegitur studiis officiisque scientiae praeponenda esse officia iustitiae,* et traditur de re p. VI 6 p. 368 M: *Tullius palmam iustitiae dedit.*

Dixi quae fuerit Ciceronis universa de rei publicae rectore et de quattuor virtutibus sententia; iam dicam de singulis praeceptis. Iustitiam Cicero saepe laudibus effert. Cuius ex sententiis paucas affero. De off. I 20: *Iustitia* inquit, *in qua virtutis est splendor maximus, ex qua viri boni nominantur, et huic coniuncta beneficentia.* Eodem in libro I 86 dicit: *Omnino ita iustitiae honestatique adhaeret (rector rei publicae), ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat mortemque oppetat potius quam deserat illa quae dixi.* Et similiter de re p. III 18 exponit *esse hoc boni viri et iusti, tribuere id cuique, quod sit quoque dignum.* Praeterea Cicero iustitiam praedicat de re p. III 24 p. 340 M: *Iustitia praecipit parcere omnibus, consulere generi hominum, suum cuique reddere, sacra, publica, aliena non tangere.*[1] Quae omnia quin optime quadrent ad sententias ab Antonio 6 sq. (16 S) ex Tullo prolatas quis dubitat? Clementiam quoque, quam cum iustitia coniunctam esse Antonii Tullus 8, 13 (17, 12 S) iubet, saepe commendavit Cicero. Atque sententiam eius, quae legitur de off. I 20, iam supra exscripsi; quacum coniungas, quae dicat ibd. I 88: *Nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate et clementia.* Similiter de re p. II 27: laudatur mansuetudo et humanitas. Hic licet addere etiam Ciceronem pariter ac Stoicos, de quibus supra p. 57 locuti

---

1) Adde de off. I 99, 155; II 32, 40 sq., 71 extr.; III 28 extr.; *De fin.* I 50.

sumus, clementiam probavisse, misericordiam, ut videtur, repudiavisse. Nam is, ut potiora solum exscribam, Tusc. IV 18: *Misericordia* inquit *est aegritudo ex miseria alterius laborantis; nemo enim parricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur.*[1] Ea quoque legantur, quae de off. I 88 dicit: *Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, sine qua administrari civitas non potest.* Denique aeque atque Antonii auctor 8, 26 (17, 23 S) monet, ne magistratus crudelitate in puniendo utantur, Cicero iram adhiberi vetat, cum de off. I 89 dicit: *Prohibenda autem maxime est ira in puniendo,* et optat, *ut ii, qui praesunt rei publicae, legum similes sint, quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur.*

Iam de pace similia praecepta atque apud Antonium 12, 31 (18, 10 S) dat Cicero, qui de off. I 35: *Suscipienda* inquit *quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur*, et ibidem: *Mea quidem sententia paci, quae nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum.* Eiusdem addo sententiam quae legitur ibd. I 80: *Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur.*

Nunc veniamus ad affabilitatem, de qua Tullum egisse Antonius 14, 13 (19, 18 S) testatur. Quam ad rem conferendi sunt nonnulli Ciceronis loci. Velut de off. I 88 dicit: *In liberis vero populis et in iuris aequabilitate exercenda etiam est facilitas et altitudo animi quae dicitur, ne, si irascamur aut intempestive accedentibus aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus.* Similiter de off. II 48: *Difficile* inquit *dictu est quantopere conciliet animos comitas adfabilitasque sermonis.* Etiam curam utilitatis communis, de qua loquitur Antonii auctor 18, 22 (20, 40 S) hic obiter attingam; ut evadat comparatio, vel admonere possumus Ciceronem ipsum se excellentem fuisse in cura mercaturae dicere pro Planc. 64.

---

1) V. etiam Tusc. III 20sq.; IV 16.

De tributis quoque simillimum praeceptum atque Antonii 20, 21 (21, 26 S) invenitur in Ciceronis libro de off. II 74. Legimus ibi: *Danda opera est, ne, quod apud maiores nostros saepe fiebat propter aerarii tenuitatem assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum, idque ne eveniat multo ante erit providendum. Sin quae necessitas huius muneris alicui rei publicae obvenerit, danda erit opera, ut omnes intellegant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum.* Ibidem Cicero etiam de cura annonae, de qua Antonius 24, 24 (23, 6 S) agit, loquitur. Atque haec sunt eius verba: *Omnes qui rem publicam gubernabunt consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quae sunt ad victum necessariae.* Similia leguntur de off. III 31. Relinquitur, ut de cura bonorum publicorum, quam Antonius 28, 22 (24, 20 S) tractat, et libertatum, cuius scriptor Francogallicus 32, 28 (26 S) mentionem facit, disseram. Illam Cicero laudat de off. II 83, cum dicit: *Ea est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere atque omnes aequitate eadem continere*; maxime autem ibd. II 85: *Ii qui rem publicam tuebuntur in primis operam dabunt, ut iuris et iudiciorum aequitate suum quisque teneat et neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda obsit invidia, praeterea quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt, rem publicam augeant imperio, agris, vectigalibus. Haec magnorum hominum sunt, haec apud maiores nostros factitata, haec genera officiorum qui persequuntur cum summa utilitate rei publicae magnam ipsi adipiscentur et gratiam et gloriam.* Idem Hecatonis de hac re sententiam suam facit de off. III, 63: *Singulorum facultates et copiae divitiae sunt civitatis.* Praeterea addamus locum de fin. III 64, ubi Cicero: *Vir* inquit *bonus et sapiens et legibus parens et civilis officii non ignarus utilitati omnium plus quam unius alicuius aut suae consulit; nec magis est vituperandus proditor patriae quam communis utilitatis aut salutis desertor propter suam utilitatem.* Curam vero libertatum

Cicero paucis verbis tractavit de re p. II 57: *Id tenetote, quod initio dixi, nisi aequabilis haec in civitate compensatio sit et iuris et officii et muneris, ut et potestatis satis in magistratibus et auctoritatis in principum consilio et libertatis in populo sit, non posse hunc incommutabilem rei publicae conservari statum.*

Quin etiam singula Antonii praecepta simillima sunt monitis Ciceronianis. Vel fugi adulatores iubet Antonius 4, 20 (16, 4 S) et Tullius dicit de off. I 91: *Cavendum est ne assentatoribus patefaciamus aures neve adulari nos sinamus.* Similia habet Lael. 91, quem locum exscribo: *Ut monere et moneri proprium est verae amicitiae et alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter, sic habendum est nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, adsentationem.* Et quodsi princeps speculum omnium esse debet secundum Antonium 14, 18 (19, 21 S), compares, quae dicat Cicero de legg. III 28: *Ceteris specimen esto (ordo princeps),* et de re p. II 69: *Ut se speculum praebeat civibus.* Et plures sunt similitudines. Imperare posse principes, ut omnes sibi pareant, Antonius 22, 11 (22, 7 S) dicit: ac vide de re p. I 51, ubi populum *summis parere* iubet Cicero, si summi virtute et animo praesunt. Denique princeps Antonio 34, 23 (26, 26 S) auctore debet, cum necesse sit, mortem oppetere pro patria. Et Cicero de off. I 86 ait: *Ita iustitiae honestatique adhaerescet (princeps), ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat mortemque oppetat potius quam deserat illa quae dixi*, et de fin. III 64: *Ex quo fit, ut laudandus is sit, qui mortem oppetat pro re publica.*

Satis mihi demonstrasse videor omnes fere partes, quas ab Antonio ex Tullo haustas esse prius cognoveramus, magis quam sperare audebamus cum Ciceronis sententiis doctrina praeceptis consentire. Quod maxime interest ad quaestionem, quam tractaturi nunc sumus: Ciceronis de virtutibus liber nonne revera Antonio inter manus versatus est?

B) Ciceronem Antonio auctorem fuisse colligitur.

Nunc priusquam inde, quod Antonius de la Sale sententias suas in Tulli libro qui esset *de virtutibus* se legisse affirmat, eum re vera tali libro usum esse colligamus, quaerendum nobis est, quae sit Antonio fides atque auctoritas in scriptoribus antiquis laudandis. Quare primum de iis scriptoribus quos in hoc libro praeter Tullum affert agemus, deinde ea tractabimus, quae Soederhjelmus de scriptoribus antiquis ab Antonio cognitis exposuit cum in ephemeride quae inscribitur *Oefversigt af Finska Vetenskaps-Societetens Foerhandlingar* XLVI 18, tum in libro qui inscriptus est *Notes sur Antoine de la Sale et ses œuvres*.

Agedum videamus. Dicit Antonius 4, 28 (16, 10 S) Senecam in sexto libro de beneficiis conscripto atque in capite XXI censere eorum, qui in summos status sublati sint, nihil pluris interesse quam verum ipsis dici. Et talem sententiam eodem fere loco, quo Antonius dicit, inveniri Soederhjelmus *Oefversigt* p. 10 recte mihi ostendisse videtur. Dicit enim Seneca de benef. VI 33: *Vides, quam facile sit gratiam referre felicibus et in summo humanarum opum positis. Dic illis, non quod volunt audire, sed quod audisse semper volent. Plenas aures adulationibus aliquando vera vox intret: da consilium utile.* Sive contextus noster in afferendo capitis numero paulum corruptus est, quod vero propius sit, sive liber ab Antonio adhibitus aliam habuit capitum distributionem[1], hunc locum ab Antonio spectatum esse cum Soederhjelmo censeo. Adice quod auctor noster paulo post 6, 1 (16, 15 S) sententiam affert ex Politicis: *en Polliticques ou tiers livre et ou X^e chapiltre,* cui similem sen-

1) Vetustissima quidem Senecae editio, quae mihi in hac bibliotheca Gissensi praesto fuit et emissa est Venetiis 1490, vix aliam habet capitum distributionem atque libri nostratis temporis.

tentiam Soederhjelmus l. l. in Aristotelis libro qui inscribitur Politica etiamsi alio loco inveniri exponit. Ut enim Antonius adulatorem quasi clavum in dextrum domini oculum figere dicit, ita legimus apud Aristotelem Pol. V 9 (11) p. 1314 a 5 adulatores malos esse et ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία.[1] Et quamquam Antonius Aristotelis sententiam non ad verbum expressit ac libri et capitis numerum mutatum habet, tamen Antonii dictum verbis Aristotelis tam simile est, ut scriptori Francogallico hunc locum oculis obversatum esse arbitrari liceat. Sequitur igitur, ut Antonio laudanti scriptores antiquos satis magna fides habenda sit.

Sed multo maiorem fidem ei habebimus, ubi compererimus reliqua quae Soederhjelmus hac de re protulit. Qui vir doctus iam *Oefversigt* p. 7 sqq. optime de Antonii auctoritate iudicavit, et in libro qui inscriptus est *Notes sur Antoine de la Sale* hoc iudicium gravissimis testimoniis firmavit. Nam postquam Antonii notitiam scriptorum antiquorum praecipue Romanorum iam in primis eius libris summam exsistere l. l. exposuit[2], multos locos ex Antonii operibus profert, quibus non solum hunc scriptores Romanos diligenter et accurate legisse demonstrat, sed etiam ea quae ex illis profert recte esse prolata probat. Qua in re videas quae dicat Soederhjelmus l. l. p. 63 sq., 77 sq., 82, 89, 91. Atque nostra magni interest et apud Antonium nomina etiam aliorum scriptorum corrupta inveniri, velut

---

1) Neque hic vetustiores Aristotelis editiones quas inspicere potui alium praebent capitum neque prorsus librorum numerum. Paulo tamen olim diversum fuisse eum a nostris editionibus docet vir doctus Jourdain in libro qui inscribitur *Geschichte der aristotelischen Schriften im Mittelalter, übers. v. Stahr, Halle* 1831 p. 190. Quare contextum Antonii ut in aliis rebus, ita in his numeris afferendis corruptum esse mihi verisimilius videtur. Ceterum de illo proverbio agitur in Corpore paroemiographorum Graecorum quod ediderunt Leutsch et Schneidewin I 253, 363; II 116. 2) Soederhjelm *Notes* p. 18: *Il montre dès son premier ouvrage une connaissance approfondie d' un grand nombre d'auteurs latins.*

eum versus Horatianos nomine Orosii (*Orose* Soederhjelmus l. l. p. 82) afferre, et multo pluris refert nomen Tulli iterum ab Antonio laudari. Nam is teste Soederhjelmo l. l. p. 78 in initio operis sui quod inscripsit *La Salle* historiam quandam, quae de Zeuxi pictore tradatur, afferri dicit a Tullo; quem laudat his verbis: *Tulles dans son livre Des vielles Retoriques.* Et talis historia narratur a Cicerone de inv. II 1, 1. Librum autem, quem de inventione inscribere consuevimus, in codicibus veteribus saepe Rhetorica appellari nos docent viri docti Teuffel et Schwabe in libro qui inscriptus est *Geschichte der roemischen Literatur* I § 177 a 3. Hic igitur, ubi liber quem scriptor Francogallicus spectat exstat, Antonium gravem auctorem esse cognoscimus. Nihil ergo est, cur non Antonium mecum censeas scriptorem esse dignum, cui fides permagna habeatur.

Etiam quid nomen illud *Tulles*[1] quo semper Antonius utitur valeat nunc certiores facti sumus. Nam si illo quem modo attuli loco Tullium Ciceronem significat, etiam quin in libro quem inscripsit *La Salade* Antonius semper nomine *Tulles* vel *Tullez* Ciceronem indicaverit, non est quod dubitemus. Quare quamquam quaerenti, aliine Tulli scriptores Romani fuerint, plures se obvios dant Tulli, tamen de nullo alio prorsus cogitandum esse cum Ricardo Wuensch[2] censeo nisi de M. Tullio Cicerone. Quem librum de virtutibus composuisse ex Charisii Hieronymi Augustini testimoniis[3] scimus.

C) Quae contra dici possunt, refelluntur.

At sumat quispiam: Etsi Antonium ipsum nihil finxisse concedo, tamen ipse nonne potuit decīpi? Sunt excerpta et compilata ex Ciceronis scriptis, quae aliquis composuit, compositis illum titulum false addidit; quo libro

1) V. etiam quae dicat Soederhjelmus *Notes* p. 62 adn. 2.
2) *Zeitschr. f. franz. Sprache u. Literatur* XXVIII 1905 p. 45.
3) *V. supra p. 40.*

Antonius usus est. Cui respondeam: unde ille, qui haec compilavisse dicitur, habuit exempla ex historia Romana desumpta? Nam complures earum rerum, quae viris in re publica Romana florentibus accidisse apud Antonium narrantur neque fictae sunt[1], nusquam alibi neque a Cicerone neque a reliquis veterum auctoribus ita commemorantur; videas quae supra de Valerio Laevino (p. 47), de Metello et Fabio (p. 49) exposuerimus. Nisi forte iste compilator remotiora historiae Romanae facta addidit. Sed verisimile non est compilatorem quendam exstitisse reconditiore doctrina insignem.

Dicat alius quis: Sed quoniam hic commentarius magnam partem quadrat ad libros quintum et sextum de re publica Ciceronis et cum eorum librorum sententiis convenit[2], potuitne fieri ut Antonius[3] legeret et excerperet mutata inscriptione integros illos libros, qui nunc parvulis partibus exceptis deperditi sunt? Quod ne concedamus obstat, quod apud Antonium 28, 14 (24, 13 S)[4] Pompei fuga narratur. Et quoniam Pompeius anno a. Chr. n. 49 Roma discessit, rei publicae autem libros iam ante annum 51 editos esse constat[5], fieri non potuit, ut belli inter Caesarem et Pompeium orti in illis libris non iam servatis mentio fieret. Etiam difficile est intellectu, quomodo illud anecdoton, quod Antonius 38, 16 (7 adn. 1 S) profert ex *chappiltre de continence,* inductum fuerit. Nam ibi de continentia in universum, non de rectoris rei publicae continentia disputatur. Sin autem ille Antonii liber fuisset quintus vel sextus rei publicae liber, principis solius temperantiam ibi tractatam fuisse verisimile est, neque ita facile ad illustrandam principis moderationem *marita quaedam* afferri potuit. Ergo Ciceronis de re publica libris quinto et sexto Antonius usus non est.

---

1) Quod supra p. 46 sqq. demonstravisse mihi videor. 2) Vide p. 58 sqq. 3) Aut iam eius auctor. Sed uter hoc fecerit, ad hanc quaestionem non pertinet. 4) Adde quae diximus p. 51. 5) Cic. de div. II 3, ad Att. VI 1, 8. Teuffel-Schwabe *Gesch. d. roem. Lit.* I[5] § 184, 1.

At vir doctus Gustafsson plura Senecae potius esse affirmat *Bph W.* 1904 p. 1278. Qui maxime offenditur in eo, quod fabula illa, quae de marita casta 38, 16 (7 adn. 1 S) narratur, etiam apud Senecam legatur. Laudaverat enim similem rem philosophus in libro, quem de matrimonio conscripserat et cuius exstant partes apud Hieronymum servatae. Legimus ibi (Seneca ed. Fr. Haase vol. III p. 431 frgm. 70 ex Hieronymo adversus Iovinianum I 46 [Migne Patrologia latina vol. XXIII 275] petitum): *Duillius*[1] *qui primus Romae navali certamine triumphavit, Biliam virginem duxit uxorem, tantae pudicitiae, ut illo quoque saeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. is iam senex et trementi corpore in quodam iurgio audivit exprobrari sibi os foetidum, et tristis se domum contulit, quumque uxori questus esset, quare numquam se monuisset, ut huic vitio mederetur: „fecissem", inquit illa, „nisi putassem omnibus viris sic os olere." Laudanda in utroque pudica et nobilis femina, et si ignoravit vitium viri et si patienter tulit, et quod maritus infelicitatem corporis sui non uxoris fastidio sed maledicto sensit inimici.* Haec igitur Seneca protulit. Et quaerimus, Antonius illam fabulam num ex Seneca sumpserit; sequeretur enim, ut scriptorem Francogallicum etiam in aliis rebus, quas Tullo tribuit, Seneca auctore usum esse verisimile sit, neque fide dignus esset Antonius. At hic, ubi ex Seneca aliquid hausit, ut 4, 28 (16, 10 S), etiam eius nomen attulit. Et cum Antonio Senecam notum fuisse inde conficiamus atque omnino ei fidem habendam esse ex Soederhjelmi libro sciamus, ab illo etiam hoc loco Senecam, siquidem ex eo aliquid repetivisset, laudatum nominatim fuisse probabile est. Multo autem maioris momenti est, quod Antonius Tullum expressis verbis affert; quae verba cave in dubitationem voces idcirco, quod Seneca similia narrat. Accedit, quod illud anecdoton quod vocatur etiam apud Plutarchum nobis occurrit[2], qui in libello quem inscribere

1) Duellius *al.* 2) Quod idem vir doctus Gustafsson *demonstravit.* V. etiam Pauly-Wissowa *RE* III 471, V 1781.

consuevimus de capienda ex inimicis utilitate VII p. 90B: *Ὁ Ἱέρων* inquit *ὑπό τινος τῶν ἐχθρῶν εἰς τὴν δυσωδίαν ἐλοιδορήθη τοῦ στόματος· ἐλθὼν οὖν οἴκαδε πρὸς τὴν γυναῖκα, Τί λέγεις, εἶπεν, οὐδὲ σύ μοι τοῦτο ἔφρασας; ἡ δέ, οὖσα σώφρων καὶ ἄκακος, Ὤιμην, εἶπεν, ὅτι τοιοῦτο πάντες ὄζουσιν οἱ ἄνδρες.* Quid est cur Antonium haec ex Seneca sumpsisse putemus, praesertim cum Antonii fabula non tota cum Senecae verbis quae supra exscripsi congruat? Immo vero cum Plutarchum multa Stoicis debere sciamus et Senecam eorum doctrinam sequi constet, istam fabellam in numero earum, quas Stoici pro exemplis et testimoniis semper in ore habebant, fuisse putem; ex Stoicorum libris sive per scriptorem quendam intermedium sive ex eius ipsius Stoici qui primus fabulam attulit libro ad Ciceronem quoque pervenerit.

Sed ut pro se quisque iudicare possit, Antonium num multa ex Seneca hausisse arbitrandum sit, reliqua addo, quae similia sententiis ab Antonio prolatis ex Seneca collegi. Principes a Seneca compluries laudantur et saepissime in libris de clementia conscriptis; v. c. I 3, 3 *Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet.* Ibidem pluribus verbis de clementia principis maxime in puniendo adhibenda disserit I 5, 2 sqq., 17, 2 sq.; adde fragmentum apud Hildebertum Cenomanensem servatum in Hosii editione I 2 p. 260; v. etiam de ira I 6, 3. Sed perpauca inveniuntur, quae comparari possint, neque ad Antonii 8, 13 (17, 12 S) sententiam de clementia iustitiae adiungenda auctorem Senecam arcessi necesse est. Praeterea virtutes quattuor[1] laudantur velut ep. ad Lucil. 95, 55. Et Tulli 6, 24 (16, 35 S) sententiae de duobus generibus iustitiae satis similis est virtutis divisio quae legitur ep. ad Luc. 94, 45. Adde iustitiae laudem ibd. 113, 31. Etiam de pace, de qua Antonii sententiae leguntur 10, 1 sqq. (17, 30 S) egit Seneca ep. 66, 40. Qui: *Non est dubium*

---

1) V. supra p. 55.

inquit, *quin felicior pax sit numquam lacessita quam multo reparata sanguine.* Populi quoque erga principem amorem, de quo Antonius 14, 17 (19, 21 S) disseruit, laudibus effert Seneca de clem. I 19, 6: *Unum est inexpugnabile (principis) munimentum amor civium.* Idem salutem publicam[1] reliquis rebus praefert, cum de benef. VII 16, 2 dicit: *In omni quaestione propositum sit nobis bonum publicum.* Quodsi autem ille mercatores urbi prodesse de benef. IV 13, 8 censet, id conferre cum Tulli sententia de emolumento mercaturae 18, 27 (21, 4 S) prolata opus non est. Nihil vero apud Senecam[2] reperitur de cura annonae, de vectigalibus et tributis, quae non nisi necessitate cogente imponenda esse allatis exemplis Antonii Tullus dicit. Immo cum plurimae earum sententiarum, quas Antonius nomine laudato ex Tullo suo repetivit, cum Ciceronis dictis congruant, etiam reliquas partes, quarum auctor Tullus laudatur, a Cicerone originem ducere nobis conficere licet, etiamsi non unaquaque de re hoc demonstrare possumus.

Sed etiam alia ex causa, quam iam supra p. 54 leviter attigimus, Antonio Senecam auctorem fuisse non verisimile est. Ille enim multa nomina virorum Romanorum quae apud Tullum se legisse contendit profert. Quae si perlustraveris, omnes illos viros, qui commemorantur, ante Ciceronis aetatem vixisse aut eius aequales fuisse invenies, nemo post Ciceronem erat. At si Seneca auctor esset, is exemplaria virtutis non ita eos, qui libera re publica florente vixerunt, sed potius principes imperii,

---

1) Ad hanc Antonii sententiae in universum spectant. Attamen conferas verba quae fiunt 18, 27 (21, 5 S). 2) Perpauca sententiis Tulli similia quamquam in deperditis Senecae scriptis fuisse concedo, tamen difficile est intellectu, quo in libro singula, quae ab Antonio proferuntur, tam accurate tamque copiose quam ibi tractata fuerint, cum hoc ex librorum titulis, quorum laudentur *De officiis, Moralis philosophiae liber, Exhortationes*, et fragmentis eorum servatis, quae collecta sunt a viro docto Haase III p. 421 sqq. editionis suae, non appareat.

Caesares Augustos dico, attulisset. Velut animadvertas a Seneca specimem clementiae de clem. I 10 sq. Augustum laudari; v. etiam I 9. Non ergo Seneca Antonii auctor erat, sed scriptor quidam Romanus Stoicorum doctrina imbutus, qui libera re publica Romana florente scripsit. Is vero quis alius erat atque Cicero?

Codicem autem Tullianum Antonii aevo e tenebris provenisse non est quod miremur, cum alii quoque eiusdem auctoris libri manu scripti tum fere in lucem redierint.[1] Neque codicem postea deperire potuisse incredibile est. Nam etiam Valerii Flacci codex quem praeclarus ille Poggius invenerat postea periit[2] itemque Sili Italici codex quidam ab eodem, ut videtur, repertus.[3] Praeterea ipsius Ciceronis de re publica liber, qui saec. X exstabat, paulo post periit, ut gravis sit testis, quem sequitur vir doctus P. Deschamps[4] in libro quem inscripsit *Essai bibliographique sur Cicéron* (1863) p. 34. Antonii vero scripta postea a nullo fere diligentius tractata esse, unde fieret, ut illum Ciceronis libro usum esse nemo respiceret[5], exposuit Soederhjelmus *Oefversigt* p. 8 sq. Fortasse ille codex quem Antonius ante oculos habuit, nonne adhuc exstat sed latet?

§ 6

De fragmentis colligendis.

Nunc postquam Antonium Ciceronis librum qui erat de virtutibus ante oculos habuisse cognovimus, videamus necesse est, quaenam huius libri fragmenta colligere possimus. Quod ut perficiamus, incipiamus a quaerendo,

---

1) V. G. Voigt *Die Wiederbelebung des classischen Alterthums* I^3 p. 37 sqq., 242 sqq., II^3 p. 331 sq.; E. Norden *Antike Kunstprosa* II p. 708 adn. 1. 2) Teuffel-Schwabe *Gesch. der roemischen Literatur* II § 317, 4; 295, 2; Voigt l. l. I p. 239 sq. 3) Teuffel-Schwabe l. l. II § 320, 5. 4) V. etiam quae dicat idem v. d. Deschamps ibid. p. 35 et 38 de Ciceronis consolatione. 5) V. etiam Voigt II p. 338 et adn. 1.

quemadmodum librum compositum esse quemque fuisse sententiarum conexum verisimile sit.

Ciceronis librum fuisse de virtutibus testantur Charisius et Augustinus, fuisse de quattuor virtutibus contendit Hieronymus[1]. Et Antonius noster affert sententias et ex illa parte, quae fuerit de iustitia et ex *chappiltre de continence*. Huc autem cum accedat, quod Cicero aliis quoque locis quattuor virtutes acceperit[2], equidem non dubito, quin fuerit ille commentarius de quattuor virtutibus, id quod iam supra (p. 55) censui.[3]

A qua sententia discrepare videtur, quod apud Antonium octo res commemorantur, quibus principi opus sit. At omnes has res ad iustitiam pertinere ex contextu accuratius perlecto facile cognoscitur. Iustitiae enim alterum genus in agendo cerni apud Antonium commemoratur. Et principis, qui iuste agit, est misericordia uti, pacem servare, cives benigne recipere, mercatoribus favere, quod negotiationes civibus commodo sunt, tributum quam rarissime imponere, frumentum civibus providere, bonum publicum augere, libertati civitatis consulere. Ergo octo illae res non totius libri sunt partes, sed unius capitis quod erat de iustitia. Sic autem saepe Cicero tractationem materiae, quae in philosophia versatur, instituit, ut primum rem in universum definiat, deinde ex illa re singulas partes ducat, ut v. c. de off. I 7 post definitionem demum res uberius tractatur. Quam ob rem in capite quod erat de iustitia in initio a Cicerone iustitiam definitam fuisse iure sumere possumus[4], tum ex ea singula praecepta ducta fuisse recte agendi, περὶ τὰ καθήκοντα, ut Stoicorum vocabulo utar.[5] Eodem fere modo ex una virtute singula officia repetuntur in Ciceronis libro de officiis conscripto; et imprimis cum

1) V. supra p. 40. 2) De qua re disseruimus p. 59. 3) Liber autem inscriptus fuisse videtur *De virtutibus*, quod ita a Charisio et Augustino (supra p. 40) laudatur, cum Hieronymus non libri titulum, sed argumentum potius spectet. 4) Conferamus, quae definitio iustitiae a Cicerone de inv. II 160 detur. 5) *Cic. de off. I* 8, de fin. III 20.

hoc commentario conferendum est, quod in illo libro de off. I 93 sqq. singula praecepta, qua veste sit utendum, quo ingressu sim. ducuntur ex virtute honestatis, quae sit genus temperantiae. Rectam vero actionem finem philosophiae, ergo etiam virtutis esse Cicero multis locis edixit, v. c. de off. I 19, 152 sq., de fin. III 55. Simillimo igitur modo et hic praecepta ex singulis virtutibus duci intellegitur. Et iure quidem viro docto Gustafsson offensioni erat[1] nonnullas harum rerum virtutes minime vocari posse. Neque sunt virtutes, quas Antonius affert[2], sed actiones a virtute iussae et per praecepta commendatae. Quod autem de principibus tot verba fiunt, non est mirum. Nam cum iustitia maxime rectori rei publicae opus sit, hic pluribus verbis in explicanda illa virtute tractatur. Eandem fere sententiam Cicero protulit de re p. I 2 his verbis: *Nec vero habere virtutem satis est, quasi artem aliquam, nisi utare. Virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio.* Quare in hoc libro iustitiam a Cicerone primo loco agitatam esse puto, quod is in agendo secundum Stoicorum doctrinam iustitiam ceteris virtutibus praetulerit.[3] Quocum optime Antonii verba congruunt. Ille enim bis Tulli capitum numeros affert, cum dicit 18, 23 (20, 40 S) *Tulles en son dit livre De virtutibus et au VIIe chappiltre* et 32, 28 (26, 4 S) *Tulles en le unziesme chappiltre de son dit livre.* Itaque si media fere pars iustitiae capite septimo continebatur, non multa antea dicta fuisse pro certo habendum est, neque igitur alia virtus antea tractata erat. Idem verba *le premier livre* 6, 8 (16, 21 S) significare verisimile est: nempe initio libri. — Denique cum altercationes et interrogationes in Antonii vocum contextu saepe inveniantur[4], commentarium illum dialogum fuisse probabile est.

1) *BphW.* 1904 p. 1277. 2) Neque Antonius eas res nominavit virtutes, sed res capitales: *choses souveraines* 2, 6 (15, 3 S). 3) Quod supra p. 59 sq. ostendimus. Alium habet Cicero ordinem virtutum de inv. II 160, ubi non de actione disserit. 4) 4, 14 (15, 31 S); 8, 13 (17, 12 S); 14, 28 (19, 29 S);

Cum vero, quales dialogi personae fuerint, nos nesciamus, eos siglis *M* et *A* notavi, ut Cicero in Tusculanarum disputationum libris consuevit.[1]

Sic igitur primam libri partem compositam fuisse arbitror: post prooemium, quod quale fuerit prorsus nescimus, sequebatur iustitiae definitio. Tum, fortasse postquam Cicero addidit, cur iustitiae, non sapientiae primum locum attribuisset, singula praecepta ex illa virtute deducebantur. Quorum maxima pars apud Antonium servata esse videtur. Et quoniam a scriptore Francogallico praecipue principis iustitia tractata est, haud scio an secuta sint pauca capita, quibus praeceptum erat, quomodo cives iustitiam exercerent. Secundam autem partem de prudentia, quae est Stoicorum φρόνησις, fuisse verisimile est.[2] Nam cum haec virtus a plurimis philosophis prima haberetur, hic autem a Cicerone iustitia in actione praeferretur, illam secundum tamen locum obtinuisse vero propius est. Et hic nobis gravissimus testis exsistit Augustinus, qui profert prudentiae definitionem ex Ciceronis de virtutibus commentario desumptam. Quae definitio quamquam et de inv. II 160 legitur[3], tamen et in libro de virtutibus conscripto infuisse censeo, et quod Augustinus expressis verbis hoc contendit, et quod non intellego, cur Ciceroni eadem definitione bis uti non licuerit. Omnino autem eum in hoc libro singulas virtutes definivisse ex similibus locis Ciceronianis nos conficere posse iam supra p. 72 dixi. Quare etiam in reliquis virtutibus tractandis iis definitionibus, quas Cicero in scriptis suis, maxime de inv. II 160 sqq. protulit, quatenus sunt Stoicorum sententiis consentaneae,

22, 7 (22, 4 S); 22, 26 (22, 20 S); 24, 27 (23, 9 S); 26, 21 (23, 32 S); 30, 15 (25, 2 S).

1) V. v. c. Tusc. disp. I 9. Ceterum librum dialogum fuisse affirmari haud potest, cum conformatio orationis ab Antonio usitata non ita abhorreat ab ea, qua saepe utitur Cicero in libro de officiis conscripto, scilicet ut aliquoties in continua oratione contra dicentem inducat nescioquem. 2) V. quae dicta sint supra p. 55 sq. 3) V. quae legantur in Ciceronis *editionis a Baitero* et Kaysero confectae vol. XI p. 76.

uti nobis licet. — Reliqua autem huius partis, quae erat de prudentia, desunt. Iam utrum hanc virtutem, quam eandem sapientiam quoque voces, fortitudo an continentia secuta sit, incertum est. Itaque ut ego fortitudini tertium dedi locum, ita, si quis continentiae eum attribuere malit, ei non adversor. Ex illa autem parte qua disserebatur de continentia, Antonius affert 38, 16 (7 adn. 1 S) fabulam de casta marita narratam.

Haec fere sunt, quae de sede singulorum fragmentorum dicere possumus. Relinquitur, ut reliquias huius libri eo ordine colligam, quem modo exposui. Quorum fragmentorum cum longe plurima ex Antonii opusculo colligenda sint, incommodo est, et quod hic non latina verba reddit et quod eas partes, quas ex hoc commentario sumpsit, omnes mutatas cum vocibus suis coniungit. Quare ut illi malo eo medebar, quod Antonii libellum, qui quidem ad Ciceronem pertineat, p. 2 sqq. in linguam latinam converti, ita nunc, ut illa fragmenta omnino ex Antonii vocum nexu secernere et aliquo iure *Ciceronis fragmenta* appellare possem, ea in sermonem latinum meliorem transferre studui abiectis Antonii verbis, maxime quibus praefatus aut complexus est singula quae laudavit. Etiam dialogi formam aliquatenus restituere conatus sum[1]. Qua in versione iis sententiis reliquorum Ciceronis librorum, quas ut consimiles supra p. 58 sqq. collegi, quam plurimum usus sum, ut efficeretur color latinus. Atque ut omnes recte intellegant, quae velim, denuo expressis verbis dico Ciceronis rationem dicendi et sermonem prorsus numquam me adaequare velle. Proinde cave mihi vitio vertas, quod genus sermonis Ciceronianum non imitari audeam. Sed quod eae sententiae quas revera Ciceronis esse cognovimus, in sermonem latinum paulo rectiorem quam supra fieri potuit conversae sunt, nemo reprehendet. Praeterea hac translatione facta nonnullis locis quasi demonstratio affer-

1) Librum dialogum fuisse quamquam verisimile est, tamen argumentis firmari non potest, id quod iam supra p. 74 adn. 1 exposuimus.

tur Antonium Ciceronis librum exscripsisse, cum verbis Francogallicis vel accurate conversis interdum facile periodus quae vocatur latina fiat. Est igitur solum conatus instar, quod fragmenta illa converti. Et quamquam mihi verendum erit, ne graviter vituperer, quod voces ab Antonio prolatas non integras recepi, tamen aliter agere non poteram. Nam omnes fere partes quas Antonius e Cicerone sumpsit, ut paululum mutatae iterum hic ibi mutandae erant; quo autem modo hoc facerem? Linguane latina parva illa adderem insererem demerem, an linguae Francogallicae ea dialecto qua usus est Antonius? Vides quam ineptum utrumque sit. Ceterum quicumque hunc fragmentorum colligendorum modum respuit, inspicere potest semper Antonii ipsius librum, cuius numerum singulis fragmentis addidimus.

In fragmentis autem ex Antonio colligendis, postquam ea, quae certe scriptoris Francogallici esse cognoveramus, supra p. 41 sqq. sustulimus, non pauca sunt, quae utrum Ciceronis sint necne, dubitari potest, nonnulla a scriptore Romano originem ducere verisimile est, sed demonstrari non potest. Itaque typorum genere duo fragmentorum genera ita distinxi, ut rectis typis ea, quae Ciceronis esse manifestum est, imprimenda curarem, h. e. omnes locos quos a Cicerone originem ducere ex iis, quae adhuc exposuimus, conficiendum est, obliquis vero typis et ea, quae Ciceronis esse verisimile est, et in quibus sententia Ciceronis est, de verbis autem aut de vocum contextu dubitari potest, velut in definitionibus singularum virtutum. Qua in re cautior quam audacior esse malui. Omnino autem non unaquaque in re certis argumentis diiudicari posse, utrum Ciceronis sit necne, nemo est quin intellegat. Commentarium denique singulis fragmentis infra parvum adieci; in quo quin saepe lectorem ad ea revocarem, quae iam supra tractavimus, impedire non potui.

III. M. Tullii Ciceronis de virtutibus libri fragmenta

1

Quattuor sunt virtutes: prudentia, iustitia, continentia, fortitudo. iustitia autem in hominum commodis tuendis maxime cernitur; pertinet igitur ad societatem generis humani: ergo haec prudentiae anteponenda est.

Quattuor virtutes quin in initio operis quod erat de virtutibus enumeratae fuerint, vix quisquam dubitabit. Tum autem auctorem exposuisse, cur primum hic iustitiae locum tribueret, cum prudentia ceteroqui prima haberetur (v. p. 56 et 59), verisimile est (v. p. 74). Quare cum similis sententia legatur de off. I 153, voces quoque inde transtulimus, non quo easdem hic scripsisse Ciceronem putemus, sed quod talis sententia hoc loco ab eo prolata esse nobis videtur.

2

Iustitia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem.

Iustitiae definitionem item in initio positam fuisse certum est, secundum ea quae exposuimus p. 74. Quae a Stoicis originem ducit, cum legamus III 262 Arn.: δικαιοσύνη ἐπιστήμη ἀπονεμητικὴ τῆς ἀξίας ἑκάστῳ.

3

Usus iustitiae maximus est civitatis gubernatio et imprimis ad rectorem rei publicae pertinet haec virtus.

Eiusmodi enuntiatum in hoc libro infuisse vero propius esse supra p. 73 exposuimus. Repetivimus autem id ex libro de re p. I 2.

4

Octo sunt res *efficientes laudabiles principes et rem publicam gubernantes. Quae res quasi semina virtutis proficiscuntur ex animo iusto et sano boni ac diligentis principis et conciliant animos civium.* Nam ex bono animo proficiscuntur bonae voluntates et ex bonis voluntatibus nascuntur bonae actiones, propter quas res publicas administrantes a civibus amantur.

Octo sunt] Antonii de la Sale verba leguntur 2, 6 (15, 3 S). — Quae res quasi semina] 2, 9 (15, 5 S). — Nam ex bono animo] 2, 20 (15, 15 S). — Simillimus est locus Tusc. disp. IV 34, cuius nonnullis vocibus usi sumus. Ad singula adnoto: Octo res] fortasse: voluntates, sententiae, actiones; Tusc. l. l. — semina] de fin. V 43 *semina virtutum*, *germen virtutis;* Bonhoeffer *Ethik des Stoikers Epictet* p. 133 adn. 4. — Quae leguntur 2, 14—19 (15, 9—14 S) itemque 2, 23 — 4, 13 (15, 17—30 S), Antonii potius sunt, qui Ciceronis sententias pluribus verbis ipse explicat.

5

A. Quae autem sunt actiones, quibus principes et magistratus voluntati civium satisfacere possunt, ut perpetuo in eorum amore permaneant?

M. Oportet et decet res publicas administrantes bene gubernare civitatem, magna virtute et fide esse, diligere virtutes et eos, qui virtute praediti sunt, fugere vitia et adulatores. Sed plurimi nunc his de rebus quasi caeci sunt, quare dignitatem perdunt et cognitionem sui, ut non iam sciant, quae sibi facienda et quae omittenda sint.

Anton. 4, 14—25 (15, 31—16, 7 S). — actiones] v. quae exposuerimus in adnotatione ad fr. 4 addita. — Sed plurimi

nunc] Quam sententiam, quamquam voce *au jour d'uy* Antonius suum aevum spectare videatur, tamen Ciceronis esse puto, quod cognitio sui, de qua v. p. 57, laudatur. Ceterum quamquam huius partis argumentum ad fr. 4 satis apte adiungitur, cum et in fine fragmenti 4 et in huius initio de civium erga principem amore disseratur, tamen ea uno tenore inter se coniungere dubitavi, cum nesciamus, an paulum quid interciderit. — Quae deinde 4, 25 — 6, 7 (16, 7—20 S) leguntur, Antonii sunt, qui laudat Senecam et Politica, de quibus supra p. 64 sq. diximus; quare eius etiam verba inde ab *Et cuident* usque ad *dit verité* 4, 25—27 (16, 7—9 S) esse puto, interposita quo facilius ad testes laudandos transeat.

6

Rei publicae princeps debet omnes sensus intendere, ut semper colat iustitiam. Haec enim una virtus omnium est regina virtutum. Sed ei coniunctam esse necesse est clementiam.

Verba Francogallica leguntur apud Antonium 6, 9—12 (16, 22—24 S). — sensus intendere] Academ. II 30. — Haec enim una virtus] De off. III 28 extr. Ibidem I 20: *Iustitia, in qua virtutis est splendor maximus.* Et cur haec virtus summa haberetur, supra p. 56 et 59 sq. exposuimus. — Fortasse etiam verba inde a *Mais pour revenir* usque ad *fait mention* 6, 7—9 (16, 20—21 S) Ciceronis sunt, ita ut vertas: *Sed ut ad propositum redeam, locutus de gloriosis seminibus virtutis, quorum in primo libro mentio fit.* Et *in primo libro* idem fere valeat atque *in initio libri.* Sed nescio, quomodo hoc diiudicemus. Sententia autem quae sequitur 6, 12 (16, 24 S) Antonii est, cum verba *trespasse comme vent* scripturam sanctam sapiant; videas enim quae verba legantur psalm. 37, 20: *quemadmodum fumus deficient,* et ibd. 102, 4. De enuntiatis inde a 6, 15 usque ad 6, 24 (16, 26—34 S) v. quae dixerimus supra p. 43.

7

Duo autem sunt iustitiae genera (quae Graeci theoreticam et practicam appellant), quarum altera in animo, altera in agendo cernitur. Iustitia animi est firmiter et constanter velle sua quemque iure meritoque habere et sponte

nihil aliud sibi exigere, nisi quod principis conditione postulatur. Iustitia vero agendi ea est, quae pertinet ad omnes principes et magistratus, qui res publicas administrant, ut cohibeant et contineant in suo quemque iure, afficiant praemiis et beneficiis bonos atque puniant et coerceant malos pro suis quemque meritis. Et profecto haec virtus ea est, quae tueatur et servet principes, quae augeat res publicas, quae amplificet civitates et eos, qui per illam ipsi se regunt. Nam sine iustitia hic mundus nihil esset neque reliquae virtutes locum haberent, ut nihil aliud fieret nisi caedes incendia proditiones iniuriae alia mala multo peiora quam nunc sunt, unde mundum interire necesse esset.

Anton. 6, 24—29; 6, 33—8, 12 (16, 34—39; 16, 42—17, 11 S). Sententiam illam, qua postulatur, ut nemo alteri inferat, quod ipse sibi inferri nolit, 6, 29 sqq. (16, 39 sq. S), idcirco omisi, quod tale praeceptum ante christianam aetatem rarissime datur; quod exposuit vir doctus A. Otto in libro quem inscripsit *Sprichwoerter der Roemer* p. 16; Ciceronianum igitur vix sit. Etiam ea sententia 6, 31—33 (16, 40—42 S), qua auctor complectitur ea quae praecedunt, Antonii esse videtur. Duo genera virtutis, ergo etiam iustitiae a Panaetio distincta esse supra p. 56 diximus. Iustitiae autem laudem uberrimam, quamquam Antonius suam esse fingit, cum 8, 5 (17, 5 S) dicit: *je vous dy que,* elogium rhetoricum ab ipso Cicerone confectum esse mihi persuasum est, cum Ciceronianus sermo amplissimus et color quem dicunt latinus etiam in lingua Francogallica paene clamet.

8

A. Sed cur tu clementiam adiungis iustitiae, cum iustitia per se tam horribilis et severa sit, ut nemo tantus sit, quem non terrore afficiat, si eum tetigerit, clementia autem tam dulcis et iucunda sit, ut confirmet et adiuvet timidos, quare mirum est coniungere severitatem cum suavitate, quae duae res sibi sint contrariae?

M. At enim iustitia humane et liberaliter exercitata vocari potest clementia, nam liberalitas pietas humanitas proficiscuntur a clementia. Sed si corruptio irrepsit nomine miserationis, ea certe miseratio nulla est, immo falsa ac detestanda est. Sed etiam iustitia severius exercitata quam is, qui peccavit, exspectabat, et in qua inesse crudelitatem et iracundiam dicas, graviter vituperanda est.

Anton. 8, 13—30 (17, 12—26 S). Reliqua huius capitis 8, 30—33 (17, 26—29 S) Antonii sunt, qui suis verbis Ciceronis sententias confirmat. Annominationem autem illam *dont par ainssy n'est pas dicte misericorde, ains est dicte misere accorde* ita fere vertas: *nam potest appellari misericordia a 'misero corde'* conferens similem quae legitur de off. I 23: *Quia 'fiat' quod dictum est, appellata fides.* Sed magnopere dubito, num Ciceronis sit, quare eam in textum recipere nolui. Ad rem vero videas de off. I 88 sqq.; I 33: *Est enim ulciscendi et puniendi modus.*

9

Paci semper est consulendum. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur. Multa enim ex pace nascuntur bona. Sed bello multae urbes maxima detrimenta acceperunt vel etiam perierunt. Testes sunt Corinthus Athenae Thebae Carthago. Roma quoque saepe bellicas clades accepit.

Antonius in hac ampliore parte, qua disserit de pace, 10, 1—14, 9 (17, 30—19, 14 S) Tullum auctorem nusquam laudat. Praeterea civibus in muris excubandum esse 10, 14 sqq. (18, 2 sqq. S) fusius narrat, quod facere civi Romano opus non erat. Huc cum accedat, quod Antonius compluries sententias certe suas proferat, longe amplior huius capitis pars ab Antonio originem ducere mihi videtur. Attamen cum Ciceronem similia de pace censuisse supra p. 61 demonstraverimus, hic pacem quoque ab eo tractatam fuisse putem. Fortasse enim pacem proficisci ab iustitia dixit. Sententias igitur Ciceronianas subesse puto, sed his Antonius permulta sed sua verba addidit. Quibus

ex causis huius partis solum argumentum exscripsi et in fragmentorum numerum recepi usus iis verbis, quae de pace Cicero facit de off. I 35 et 80. Etiam de re p. III 34 sq. conferatur. De nominibus autem urbium supra p. 45 egi.

10

Affabilitas ea est res, quae plurimum confert ad omnes, quae sunt, virtutes, cum nulla esse possit virtus, nisi ad eam adiunctae sint mansuetudo et affabilitas, cum propter eas quisque laudetur atque ametur, maxime autem princeps, qui est specimen et exemplar omnium: hunc oportet aures praebere omnibus, qui supplices eum adeunt et eos benigne atque comiter auscultare. Et postquam audivit, quae velint et supplicent, respondere debet cum mansuetudine et quam celerrime precibus eorum, quatenus iustae sint, obtemperare et exsequi, quae petierunt.

A. Et ego quidem principem benigne audiendo et respondendo civium amorem sibi conciliare puto, sed si quis insanus et petulans aut stultus a principe petat, quod petere non liceat aut quo non liceat petendi genere, eum princeps audire num debet?

M. Certe, aio, et illum audiat, nam sunt, qui bene loqui non possint et pulchra verba prompta non habeant; quos si possent melius locuturos esse existimare nos decet. Et saepe principi aliquid prave dictum videtur, aliis non videtur. Itaque omnes, qui gubernant res publicas, erga omnes affabiles esse convenit et in respondendo comes. Nam eo, quod benigne audiunt, sese ea optime cognovisse ostendunt, et liberaliter respondere supplicibus iucundissimum *est* et signum modestiae. Et iis, quae rationem

habent, adsentire iustitia est, ex qua pendent omnes reliquae virtutes.

Anton. 14, 14—24; 14, 28—16, 10 (19, 18—26; 19, 30—20, 3 S). Illam autem sententiam, qua 14, 24—28 (19, 26—29 S) Pegasus laudatur, ut non Ciceronianam secundum ea, quae supra p. 46 protuli, omisi. Etiam quae inde a 16, 10 (20, 3 S) usque ad 18, 16 (20, 35 S) sequuntur, Antonii esse censeo, quamquam certis argumentis me hoc demonstrare non posse concedo. Sed ut Tullum auctorem in hac parte nusquam ab Antonio laudari non premam, hae sententiae nihil novi afferunt, sed ea solum, quae antea 14, 14—16, 10 (19, 18—20, 3 S) dicta sunt, latius tractantur, et nonnulla ineptiora esse mihi videntur, quam quae Ciceroni attribuam. Denique singula ad Antonii aevum melius quadrant, velut: *a dieu requerir aultre seigneur* 16, 19 (20, 11 S); *serchent les voyes d'aultre seigneur avoir* 16, 21 (20, 13 S); etiam illud *le povre suppliant venu de loings* 16, 15 (20, 7 S). Quare ea non recepi. — Quodsi hic de affabilitate disserit Cicero, moneamus eum liberalitatem, quae illi propinqua est, laudibus efferre de off. I 42, cum dicit: *Id enim est iustitiae fundamentum, ad quam referenda sunt haec omnia.* Adde quae dixi supra p. 61.

11

Omnibus principibus et rem publicam gubernantibus omni cura et diligentia id agendum est, ut res venales tuto importentur et exportentur propter commoda, quae ex iis civitati exoriuntur. Nam negotiationes et omnes artes principi et rei publicae emolumento usuique sunt, quod fieri pro se quaeque civitas et omnis populus concupiscit.

Anton. 18, 22—30 (20, 40—21, 6 S). Hic quamquam numerus capitis traditus est, cum legamus 18, 23 (20, 40 S) *Tulles en son dit livre de virtutibus et au VII*[e] *chappiltre,* tamen eo non uti possumus, cum numeri capitum, quos Antonius ex scriptoribus antiquis affert, cum nostris non semper congruant. Ea autem, quae inde a 18, 30 usque ad 20, 16 (21, 6 — 22 S) dicuntur, Antonii esse puto, quod nihil novi illis quae sequuntur vocibus comperimus, praeter id quod iam antea expositum erat. Etiam sententia illa *deslivrer leurs ars* 20, 1 (21, 9 S) ad res Romanas minus quadrare mihi quidem videntur. — Ceterum quod principis saepe Cicero mentionem facit, haec vox idem valet ac vir praestans in re publica gubernanda.

12

Omnium quae omnino sunt periculorum certe ea neque obliviscenda neque neglegenda sunt, quae saepe et permultis principibus civitatum inciderunt, quod nimis inconsiderate populo suo tributum imposuerunt. Nam populus ea conditione est, ut tributa, vel si necessaria sunt, graviter ferat. Testimonio autem afferantur, quae Marcello et Valerio Laevino, cum in re publica administranda florerent, quod nimium tributum populo imponere vellent, acciderint. Et cum Torquatus, ut Scipionem in Africam transgressurum adiuvaret, subsidia populo imperaret, licet hoc pro communi salute iussum esset, ob id populus eum in Capitolio per viginti quattuor dies obsedit et comprehendit.

Anton. 20, 21 — 22, 2 (21, 26 — 35 S). Enuntiata autem quae leguntur 22, 2—7 (21, 35 — 22, 4 S) quamquam Antonii esse arbitror propter voces *gens et officiers* et *leur seigneur les en doit garder*, quae recentius potius aevum resipere videntur, tamen si quis etiam illam sententiam Ciceronianam esse contendit, cum de publicanis Romanis eorumque in socios iniuriis cogitari possit, ei non vehementer repugno. — De nominibus virorum Romanorum quae hic laudantur supra p. 46 sqq. pluribus verbis egimus.

13

Ii qui res publicas administrant, priusquam tributum imponant, cum populo id liberaliter communicare debent, ut omnes intellegant necessitati esse parendum.

A. At enim qui convenit eum qui praeest rei publicae, ubicumque subsidia aut auxilia a populo petere vult, ei voluntatem suam significare? ergo non est princeps; nam is qui gubernat imperare certe potest ac postulare debet, ut sibi *pareatur?*

M. Re vera principes et civitatem administrantes imperare possunt et iis oboediendum est, sed in rebus tantum rationi scilicet convenientibus. Nam quoniam populus ipse magistratum aut principem elegit, nemo populos creare arbitrabitur ultro principem, qui se contra ius gravet et opprimat, nisi tyrannus eos vi subiecit. Sed hic finem respondendi faciam, neque amplius quidquam addere opus est nisi hoc unum, ut ii, qui gubernant civitates, omnes homines fratres esse et quasi unius rei publicae cives semper considerent. Et princeps multo peior est quam quivis ex populo si pietatem non colit, eo autem principe, qui illam colit, nemo melior est.

A. Sed ii qui rem publicam tuentur, nonne alia via et ratione assequi possunt, ut populus ipsis subsidia paret? Nam si ex suis cuique bonis conferenda est pecunia, id omnes aegre ferunt. Quamquam eum qui rem publicam regit eo saepe confugere necesse est, cum non satis magna pecunia ex statis reditibus ei sit ad omnes sumptus faciendos vel ad bella gerenda vel alia quaedam necessaria negotia exsequenda.

M. Indicent illi amice populis rem necessariam, et licet de sua pecunia eos non adiuturi sint, attamen vectigali imposito omnibus iis rebus, quae negotiandi causa importantur et exportantur, adiuvabunt eos, et ut sunt homines prudentes et legibus rei publicae parentes libenter hoc facient, dummodo principes iis faveant et vim et iniurias ab iis defendant.

Anton. 22, 7—24, 11 (22, 4 — 32 S). Quae deinde 24, 11—17 (22, 33 — 37 S) sequuntur, ab Antonio addita sunt, qui Ciceronis sententias, ut semper fere in singulis capitibus, suis verbis complectitur. Sententia autem illa, quam praemisi, ut princeps, antequam populo tributum imponat, hoc ei indicet, sensus conexu postulatur; et in supplendo mihi ante oculos obversabatur locus de off. II 74. Ceterum quamquam hoc fragmentum

cum eo quod praecedit artius cohaeret, tamen, quandoquidem inter duas has partes suppleri et inseri quaedam possent, ex duobus fragmentis unum efficere dubitavi.

14

M. Principi omni cura et diligentia providendum est, ut omnium earum rerum, quae ad vivendum necessariae sunt, copia civitati suppetat.

A. At qui fieri potest, ut is, qui gubernat, abundantiam harum rerum praebeat, cum deorum sit hoc impertire, utpote qui moderentur temporibus anni, unde fruges terrae et quaecumque alia necessaria sunt nobis obveniunt?

M. Nemo est qui nesciat principes non esse deos. Sed principes ita regere decet, ut iis insit summa prudentia et omnis diligentia prospiciendi annonae. Quare consilium meum est, ut omni tempore frumentum et reliquae res ad vivendum necessariae conferantur et diligentissime recondantur atque conserventur. Neque enim ex abundantia rei frumentariae ulla adhuc res publica minuta aut in periculum adducta est, sed inopia rei frumentariae et annonae difficultate multae civitates in magno periculo erant, nonnullae perierunt. Sed exsistat princeps qui dicat: omnes sciunt me non esse deum, qui constituit tempora sua voluntate; et etiamsi aliquid mali acciderit, quid mihi obtinget? Ego quidem fame non moriar, hoc pro certo habeo. Huic ego respondeo: neque ego principem fama siti frigore aestu interire necesse esse dico, sed ei talia aut etiam peiora evenire posse contendo, cum certe nihil sit, quod tantopere timendum sit principi quam fames populi. Nam in populo fame enecto nihil valent consilium amor pietas probitas preces fides minae *neque* aliud quicquam officii. Cuius rei testimonio

affero quod Q. Metellus Pius et Q. Fabius Maximus, senatorii ordinis praeclarissimi illi viri, qui magnam auctoritatem apud populum habebant, propter inopiam frumenti subito tum Romae exortam populi amore privati dignitatem suam amiserunt. Et tum, cum Caesar appropinquaret, populus Pompeium propter caritatem annonae dereliquit et a Caesare stare eumque amare et iuvare coepit, quod continuo ex Campania et Sardinia maximam frumenti copiam apportandam curaret.

Anton. 24, 24 — 26, 6 (*songneux*); 26, 15 (*que par quelxconcques*) — 28, 2; 28, 9—17 (23, 6—19; 23, 26 — 24, 3; 24, 9—16 S); *que par quelxconcques* aptissime voci *songneux* coniunguntur. Verba quae leguntur inde a 26, 6 usque ad 26, 15 (23, 19—26 S) cur omiserim, supra p. 44 exposui. Deinde paucae sententiae 28, 2—9 (24, 3—9 S) vestigia doctrinae christianae praebent: *de dieu requerir l'ayde*; praeterea illa verba complectuntur, quae praecedunt. Item quae leguntur 28, 17—20 (24, 16—19 S) complexionis instar sunt. — Nomina Romana supra p. 49 sqq. explicavimus. De cura autem annonae pauca attulimus p. 62.

15

Omnes qui administrant res publicas id spectanto, ut bonum publicum et vectigalia, quae commodo civitatis sunt, bene conserventur et augeantur, atque semper impediunto, ne quis pecunia alterius potiatur.

A. Omnium difficillimum id esse videtur, quod omnes natura honores cupiunt, ut sibi divitias comparent et pluris aestimentur. Accedit, ut quo quisque plus habet, eo plura expetat. Quo igitur modo impedire potest princeps, ne omnes iis rebus potiantur, quas tantopere concupiscunt? Omnes enim aliis sua eripere tam vehementer student, ut vix sit, qui eos retineat.

M. Concedo esse principes tales, quales ab aliis gubernentur, ut eos pudere deceat, cum ipsi

viderint, quae acceperint, quae expenderint, quae habeant; sed cum rationes postulaturi sint, eos inhonestos esse dicetur. Quod eo fit, quod non iam sunt in civitate iusti et innocentes illi viri, Fabricius, Camillus, Marcus Regulus, praeterea Lucius Valerius, Quinctius, Cornelius Scipio, Brutus aliique multi. Qui omnes domi militiaeque summa gloria vixerunt et tantopere amantes rei publicae vivebant, ut in paupertate vivere et mori mallent quam conscientiam suam ignominia contaminare. Sed quoniam viri tam excellentes nunc nulli vel perpauci sunt, eos, qui his vitiis infecti sunt, difficile est compellare, nisi ea sola ratione, ut eos adhorteris, ut avari sint in expensis dissolutis et insanis, et prodigi in rebus necessariis et rationi convenientibus, et ut studeant rebus honestis, fugiant autem vana et turpia.

Anton. 28, 26—32; 30, 15—32, 13 (24, 23—30; 25, 3 — 29 S). Quae 28, 32 — 30, 15 (24, 30 — 25, 2 S) dicuntur, Ciceronis non esse existimo, quod nonnulla Antonii aetati magis conveniunt, ut 30, 4 (24, 32 S) *reparer leurs maisons, eglises.* In initio autem huius capitis sententiae Ciceronianae inesse videntur, quamquam Cicero auctor expressis verbis non laudatur, quia aliter ea, quae 30, 15 sqq. (25, 3 sqq. S) contra dicuntur, intellegi non possunt. Denique huius capitis finis 32, 13—24 (25, 30 — 39 S) Antonii est, qui iterum complectitur auctoris sui sententias. — Iam ut singula tangamus, legimus in initio: *omnes natura honores cupiunt.* Cui sententiae similis est locus de off. I 24, ubi legimus: *Maximam autem partem ad iniuriam faciendam adgrediuntur, ut adipiscantur ea quae concupiverunt.* Et quodsi iusti et innocentes viri laudantur, conferas de re p. V in., p. 361 M. — De nominibus Romanis dixi p. 52.

16

Omnes principes et rem publicam gubernantes possunt et debent cives suos adigere, ut ipsis ex *pecunia* sua ea pendant, quae iure iussi sunt.

Omnes autem cives iuste principibus et magistratibus tributa pendere oportere dico. Quod si fecerint, princeps eos tuebitur et servabit eorum iura et libertatem. Et iure quidem ob hanc rem iis qui administrant res publicas oboeditur iique iusti perfectique principes appellabuntur.

Anton. 32, 28 — 34, 6 (26, 4 — 11 S). Pauca illa verba *previlleges* (v. Cicero de legg. III 11; 44) et *que eulz ou leurs predecesseurs* usque ad *acquestez* omisi, quae ad res Romanas non quadrare omnes intellegent. Quae deinde 34, 6—14 (26, 11 — 19 S) sequuntur, Antonius ut sua profert; de quo cur dubitemus, non habemus. Etiam hic capitis numerus (XI) ab Antonio traditur, sed eo uti non possumus, quod numeri capitum quos Antonius affert cum nostris non congruunt, quod supra p. 64 sq. diximus.

17

Prima lex Romana iubet pro iure et libertate arma capere et ad mortem paratum esse. Secunda vero lex imperat, ut principes rei publicae, sicut cives eorum saluti studere debent, ita civium saluti prospiciant, ut alteri pro alteris pugnare atque etiam mortem oppetere debeant. *Huic igitur legi pareant principes et rem publicam gubernantes, qui honorem assequi cupiunt.* At contra quem honorem, quod meritum, quam laudem assequi videtur is princeps, qui propter avaritiam aut tyrannidem occupandam aut aliam earum causarum, quas saepe consilio rationis experti evenire diximus, ipse se civesque perdit? Sin is, qui rei publicae praeest, in servanda aut defendenda civitate mortem pugna occumbet, tam gloriosa mors ei honori erit, quia summam legem civitatis Romanae servavit. Praeterea autem principi ad conciliandos civium animos opus est secernere bonos a malis.

Anton. 34, 14—29; 36, 4—7 (26, 18—31; 26, 34—36 S). Deinde vero Antonius brevem complexionem conficit atque

primum huius capitis 36, 1—4 et 36, 7—10 (26, 31 — 34 S et 26, 36 — 27, 2 S), tum omnium, quae ex Cicerone repetivit 36, 11 — 38, 15 (27, 2 — 34 S). Et quamquam dubitari posse concedo, an illae sententiae, quae concludunt hoc caput 36, 1—4 et 36, 7—10 (26, 31 — 34 et 26, 36 — 27, 2 S), Ciceronis potius sint, tamen mihi non videntur ab hoc originem ducere, quod instar sunt complexionis, quae Antonio potius tribuenda est, neque quid novi iis comperimus. Ordinem vero legum, quas laudat Antonius, ita mutavi, ut prima lex prior poneretur. Denique Antonii verbis: *Et puis reprend et dist* 34, 23 (36, 25 S) commotus unam supplevi sententiam, ut singula aptius conecterentur. — De legibus Romanis autem egi supra p. 53, de rebus disserui breviter p. 62 sq.

18

Prudentia est rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia. *Partes eius memoria, intellegentia, providentia.*

Augustin. de trinitate XIV 11, 14 et Cic. de inv. II 160. Vide supra p. 74. Sequitur autem Cicero doctrinam Stoicorum, qui III 262 Arn. dicunt φρόνησιν εἶναι ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων.

19

Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio; eius partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia.

Cic. de inv. II 163; vide supra p. 74 sq. Conferas etiam definitiones quae leguntur Tusc. disp. IV 53.

20

Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio; eius partes continentia clementia modestia.

Cic. de inv. II 164; vide supra p. 74 sq.

21

Mulier quaedam maritum suum, cuius halitus mirum in modum foetebat, tantopere amabat, ut, cum forte amita eam interrogaret: 'Heus tu, quomodo foetidum mariti tui halitum tolerare potes?' ea subridens diceret: 'Quid? aliorum virorum halitus nonne tales sunt?'

Anton. 38 (7 adn. 1 S) ex ea parte, quae erat de continentia. Adde quod dictum est p. 75.

22

Illud neutiquam probantes.

Charisius GL 1 208, 16 K.

CONCLUSIO

Nunc postquam ea quae huic libro infuisse censeo collegi, de singularum sententiarum conexu et de totius libri compositione pauca eis, quae iam p. 71 sqq. et ad singula fragmenta exposui, addam. Primam partem fuisse de iustitia verisimile est (supra p. 72 sq.). Et ea virtus definitur (fr. 2); tum eam imprimis ad principes, id est ad summos rei publicae Romanae viros pertinere exponitur (fr. 3). Ex qua deinde singulae actiones deducendae sunt (fr. 4, 5). Iam clementia postulatur, sed antequam de ea fusius agitur, duo genera iustitiae distinguenda esse exponitur (fr. 7), et de iustitia agendi maxime in hac libri parte dissertum esse videtur. Deinde etiam clementia iustitiae adiuncta uberius tractatur (fr. 8) et nimia miseratio reprehenditur. Is autem princeps, qui iustus est, etiam bellum non nisi iustum suscipiet atque pacem servabit (fr. 9). Idem omnes audiet, qui supplices eum adeunt (fr. 10), quod affabilitas in eadem iustitia continetur. Praeterea princeps iustus semper civium bono studebit, quare res venales tuto importandas atque exportandas curabit (fr. 11), tributum non nisi necessitate coactus imponet (fr. 12), omnino cives non gravabit eo, quod nimis pecuniae ab iis petit (fr. 13). Item ex iustitia deduci potest cura rerum ad vivendum necessariarum, quibus providendis iustus princeps semper operam navabit (fr. 14), cum hoc universae civitati maximo emolumento sit. Idem commune commodum spectans princeps impedire debet, ne quis eis rebus potiatur, quae alterius sunt (fr. 15).[1] Quod si facient ii qui res publicas administrant, libenter

1) *δικαιοσύνη ἐπιστήμη ἀπονεμητικὴ τῆς ἀξίας ἑκάστῳ* *Stoic. frag. III* **262** Arn.

cives iis pecuniam praebebunt (fr. 16). Et ita servabunt principes civitatis summas leges, secundum quas etiam mortem oppetere debent pro civium salute (fr. 17). Tum fortasse de civium officiis plura dicebantur. Sed etiam fieri potuit, ut praeter ea, quae adhuc huic libro infuisse demonstravimus, i. e. praeter fragmenta supra collecta de civium iustitia multum dissereretur. Antonius autem, qui ad docendum principem librum suum composuit, ea solum exspoliavit, quae ad principis officia pertinebant. Et omnino Antonius singulas huius libri sententias eadem serie eodemque ordine exscripsisse mihi quidem videtur atque exstabant apud Ciceronem, quod sententiarum conexus ex Antonii opere tam facile conficitur. Quibus sententiis eum suas semper addidisse supra p. 41 sqq. demonstravimus.

De reliquis huius libri partibus, quae ad reliquas virtutes pertinebant, supra p. 72 sqq. disseruimus.

Quibus expositis relinquitur ut quaeramus an fieri possit, ut statuamus, quo auctore Cicero in componendo hoc libro usus sit et quo tempore librum conscripserit. Atque ut multa cum Panaetii sententiis congruere iam supra p. 55 sq. leviter significavimus, ita Tullium Panaetio auctore usum esse ex omnibus, quae adhuc collegimus, nunc censemus. Nam et iustitiae bipertitae definitio, qualis in hoc libro reperitur, ab illo orginem ducit[1], et Stoicum illum philosophum de magistratibus, de quorum officiis etiam hoc libro disseritur, egisse Cicero ipse dixit.[2] Accedit, quod hic Ciceronis liber plurimis locis similis videtur libris primo et secundo, quos de officiis et quinto ac sexto, quos de re publica conscripsit.[3] Et cum ibi eum Panaetio usum esse inter omnes constet[4], etiam hunc commentarium componenti Tullio illius auctoris libros usui fuisse nobis conficiendum est. Secutus autem eum est non ita, ut omnes eius sententias in sermonem Latinum converteret, sed ut ea solum inde sumeret, quae apta sibi

1) supra p. 56. 2) De legg. III 14. 3) Quae demonstravimus p. 58 sqq.. 4) V. de off. I 6 sq.; de re p. I 34. Hirzel *Untersuchungen zu Ciceros philosophischen* Schriften II 2.

viderentur.[1] Et sane exempla ex historia Romana repetita Ciceronis sunt. Librum vero Panaetii περὶ καθήκοντος, quem in componendis libris de officiis ante oculos habuit, et fortasse περὶ πολιτείας Ciceronem in conscribendo hoc de virtutibus commentario adhibuisse mihi persuasi. Sed argumentis allatis demonstrari hoc non potest, cum Panaetii περὶ πολιτείας libri vix exstent reliquiae.[2] Neque diiudicandum est, utrum duobus Panaetii libris an uno solo usus sit. Sed si hanc, quam modo protuli, sententiam in universum acceperimus, intellegemus, cur nonnullae huius Ciceroniani libri partes cum librorum V et VI qui sunt de re publica atque librorum de officiis conscriptorum sententiis congruant.

Nunc quando liber compositus sit, quaerimus. Cumque belli inter Caesarem et Pompei orti mentio fiat, post annum a. Chr. n. 49 conscriptus est. Praeterea autem liber non commemoratur in ordine eorum operum, quae Cicero ante librum de divinatione alterum se confecisse dicit (de div. II 1 sqq.), quem librum a. 44 compositum esse constat.[3] Unde commentarium, qui erat de virtutibus, non prius quam librum secundum de divinatione, h. e. anno 44 exeunte aut anno 43, quo Tullius mortuus est, conscriptum esse verisimile est.[4]

---

1) V. de off. I 6: *Sequemur igitur hoc quidem tempore et hac in quaestione potissimum Stoicos non ut interpretes, sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus.* 2) Fowler, Panaetii et Hecatonis librorum fragmenta, diss. Bonn. 1885, p. 45. 3) De div. II 6 sq.; Schanz *Gesch. d. roem. Literatur* I² p. 326. 4) De off. III 4 extr.: *Itaque plura brevi tempore eversa quam multis annis stante re publica scripsimus.* — Ad hoc tempus optime quadrat, quod Q. Fabius Maximus mortuus est a. 45 (Muenzer *Hermes* XL 1905 p. 95). Itaque Cicero non verebatur, ne eum commemorata re illa (frg. 14) offenderet. En fortasse habes, cur in reliquis Ciceronis scriptis huius rei non fiat mentio. Etiam quod tyranni (frg. 17) vituperantur, in idem tempus convenit, cum Cicero Caesare mortuo non timeret, ne huic eiusmodi verbis displiceret.

Index nominum et rerum memorabilium

Affabilitas p. 15, 57, 61, 72, 82, 92.
Africa 21, 48, 84.
Antonius de la Sale III, 2, 38, 41 sqq., 64 sqq., 72, 75 sq., 93.
Aristoteles 7, 64 sq.
Athenae 13, 45, 81.
M. Atilius Regulus 31 sq., 52, 88.
Augustinus 40, 72, 74.

Behrens, D., III.
bonum publicum 29, 62, 70, 72, 87, 92.
† *Brunlaventinus* 21, 47; v. Valerius Laevinus 47.
Brutus v. Iunius.

Caesar v. Iulius.
Camillus v. Furius.
Campania 29, 51 sq., 87.
Capitolium 23, 48 sq., 84.
Carthago 13, 45, 81.
† *Cayte* 12, 45; v. Corinthus 45.
Charisius 40, 72, 91.
Chrysippus 55.
Cincinnatus v. Quinctius.
M. Claudius Marcellus 21, 46, 84.
clementia 9, 56 sq., 60 sq., 72, 80 sq., 92.
continentia 39, 55, 59, 67, 75, 91.
Corinthus (13), 45, 81.
P. Cornelius Scipio Africanus maior 21, 48, 84.
— — minor 33, 52, 88.

Duillius 68.

Fabianus 29, 49; v. Fabius 49.
Q. Fabius Maximus (29), 49, 67, 87, 94.
C. Fabricius 31, 52, 88.
fortitudo 55, 59, 75, 90.
frumentum civibus providere 25, 51, 62, 70, 72, 86, 92.
M. Furius Camillus 31, 52, 88.

Gustafsson, F., IV, 32, 52 sq., 68 sqq., 73.

Hector 15, 46.
Hieronymus 40, 68, 72.

Jeanroy, A., 47.
Joannes Calabriae dux V.
C. Iulius Caesar 15, 29, 51, 67, 87, 94.
L. Iunius Brutus 33, 52, 88.
iustitia 7 sqq., 55 sq., 59 sq., 69, 72 sqq., 77 sqq., 92.

Leges summae Romanae 35, 53 sq., 89, 93.
libertatem populi servare 33, 62 sq., 72, 89.

T. Manlius Torquatus 20, 48, 84.
Marcellus v. Claudius.
mercatura 19, 61, 70, 72, 83, 92.
Q. Metellus Pius Scipio 29, 49, 67, 87.
misericordia v. clementia.
mortem oppetere pro re publica 35, 63, 89, 93.

Muenzer, F., III, 49 sq., 94.
mulier casta 39, 68 sq., 75, 91.

Panaetius 55 sq., 93 sq.
pax 11, 61, 69, 72, 81, 92.
Pegasus 15, 46.
Persae 15, 46.
Plutarchus 68 sq.
Cn. Pompeius 29, 49 sqq., 67, 87, 94.
princeps (is qui praestat in re publica administranda 83) 3 sqq., 55, 57 sqq., 69, 72, 77 sqq., 92.
prudentia 55, 59 sq., 74, 90.

Quando liber de virtutibus compositus sit quaeritur 94.
L. Quinctius Cincinnatus (33), 52, 88.
Quintus 33; v. Quinctius 52.

Regulus v. Atilius.
Roma 13, 45, 81.

Sapientia v. prudentia.
Sardinia 29, 51, 87.
Scipio v. Cornelius.
Scriptura sancta 7, 42, 44, 79.
Seneca 5, 58, 64, 68 sqq.
Soederhjelm, W., IV sq., 2 sqq. passim; 45 sq., 64 sqq., alibi.
stipendium v. tributum.
Stoici 54 sqq., 77 sq., 90, 92 sqq.

temperantia v. continentia.
Thebae 13, 45, 81.
Torquatus v. Manlius.
tributum 21, 33, 62, 70, 72, 84 sq., 88 sq., 92 sq.
Troia 13, 45.
M. Tullius Cicero III sq., 3 sqq. passim; 40, 49, 58 sqq., 66, 71 sqq.; Panaetio auctore in conscribendo de virtutibus libello usus est 93; quando hunc libellum composuerit quaeritur 94.

M. Valerius Laevinus (21), 46, 67, 84; v. etiam †*Brunlaventinus*.
L. Valerius Potitus 33, 52, 88.
vectigal v. tributum.
virtutes quattuor 55, 59, 69, 72 sq., 77 sqq.

Wuensch, R., III sq., 47 sq., 66, alibi.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin

Singular und Plural. Forschungen über Form und Geschichte de griechischen Poesie. Von **K. Witte.** [VIII u. 270 S.] gr. 8. 1907 geh. *M.* 8.—, in Leinwand geb. *M.* 9.—

Das Buch handelt über den sogenannten „poetischen" Singular und Plural Während die beiden ersten Kapitel eine allgemeine Geschichte der Erscheinung vo Homer bis Euripides enthalten, haben die folgenden drei Kapitel die Sprachformen de einzelnen Dichter zum Gegenstand ihrer Untersuchung. Im dritten Kapitel ist der Versucl gemacht, die Homerischen Sprachformen nach ihrem Alter in drei Schichten zu sonder und die hieraus sich ergebenden Konsequenzen bezüglich des zeitlichen Verhältnisses de einzelnen Bücher in Ilias und Odyssee zu ziehen. Mit den Sprachformen bei Home werden diejenigen bei Hesiod, in den Homerischen Hymnen und der Batrachomachie ver glichen, wobei sich für die Datierung der letzteren mehrere neue Anhaltspunkte ergebe (4. Kapitel). Die Untersuchung über Pindar, die Tragiker und Aristophanes bringt neue Material zur Stellung der Sprachformen dieser Dichter innerhalb der griechischen Literatur sprache und zeigt gleichzeitig, wie unsere Erscheinung auch textkritisch von Bedeutung sein kann (5. Kapitel). Zwei Anfänge handeln kurz über Apollonius von Rhodos und das alexandrinische Kunstepos und über das Vorkommen dichterischer Numeri bei de griechischen Prosaikern.

Vorarbeiten zur griechischen Versgeschichte. Von **Otto Schröder.** [VII u. 166 S.] gr. 8. 1908. geh. *M.* 5.—, in Leinwand geb. *M.* 6.—

„Die bisher in lauter kleinen Bissen bald hier bald dort hingeworfenen Vor arbeiten zur griechischen Versgeschichte, soweit sie nicht bereits in Buchform zugänglich sind, sollen hier einmal zusammen und in ausgeglichener Gestalt vorgelegt werden Zwischen den schematischen Analysen und einer Wiederbelebung der Strophen, wie zwischen den hier vereinigten Skizzen und einer nur einigermaßen erschöpfenden Kenntnis der Lebensvorgänge innerhalb des Werdens und Vergehens griechischer Rhythmen dehnen sich noch weite unbefahrene Strecken. Für jetzt wär ich froh, wenn über ganz elementare Begriffe, als Katalexe, Fermate, Synaphie, Hebungsvers, Silbenzählung, Silbenmessung und die Gezeiten sozusagen lyrischer Perioden, lauter Dinge, über die bei der Mehrzahl der Philologen, teilweise auch bei ihren Führern, Unklarheit herrscht, sich einiges Licht verbreitete."
(Aus der Voranzeige.)

Homer. Bearbeitet von **Dr. Georg Finsler.** [XVIII u. 618 S.] gr. 8. 1908. geh. *M.* 6.—, in Leinwand geb. *M.* 7.—

Das Buch wendet sich zunächst an die Lehrer aller der höheren Schulen, an denen Homer nicht im Original gelesen wird, dann an den großen Kreis der Gebildeten aller Stände. Manchem von ihnen wird es Homer näher bringen, sowohl durch die zusammenhängenden Erklärungen einzelner Stücke als durch die systematische Darstellung der homerischen Welt und Technik. Das Buch ist vor allem zum Lesen bestimmt und soll ein Gesamtbild geben. Vollständigkeit in den Angaben konnte nicht erstrebt werden, da bei dem gewaltigen Stoff eine solche beinahe unmöglich und der Durchsichtigkeit der Darstellung nicht förderlich gewesen wäre. Daß diese möglichst gedrängt sein mußte, liegt bei der Fülle des Materials auf der Hand. Es sind deshalb auch die angeführten homerischen Stellen selten im vollen Wortlaut gegeben, weil der Umfang des Buches doch nicht zu sehr anschwellen durfte. In der Skizze über die Homerkritik konnte, dem Plan und Umfang des Buches gemäß, keine irgendwie erschöpfende Geschichte der Homerfrage gegeben werden. Nicht nur mußten die sprachlichen und metrischen Gesichtspunkte und die Erwägungen über das Detail wegfallen, sondern es durfte auch aus der Masse der Schriften nur eine Auswahl geboten werden.

„. . . Solche Zeichen der Annäherung zwischen Philologie und Leben, zwischen Philologie und Schule sind dankbarst zu begrüßen und der Ertrag, den sie, genügend ausgenutzt, liefern, muß groß sein. Freilich, tüchtige Arbeit, ernste Gründlichkeit wird man mitbringen müssen, um die Fülle des im übrigen zu einem übersichtlichem Gesamtbild gefaßten Materials zu bewältigen. Aber die Pflege des antiken Geisteslebens soll heute auch nicht mehr ausschließlich Sache des Gymnasiums sein, sondern ist die schöne Aufgabe aller unserer höheren Schulen, und wollen wir der genügen, so müssen wir auch mit einem kräftigen Hauche antiken Geistes erfüllt werden. Finslers Buch sei daher zum Studium bestens empfohlen."
(Ztschr. f. lateinl. höh. Schulen.)

Aus Natur und Geisteswe

[illegible]

Jeder Band geheftet M. 1.—, in Leinwand gebunden M. [illegible]

[illegible]

Aus Natur und Geisteswelt